


N. F. 26



Insunt huic Volumini *Heinecy Panty Saksyjskoy*  
*Ludovici de usu Imaginum. Schurzfleis's Res Merdelburgy.*  
*Calixti de sectis Pietist. et Cathol. — de actionibz Turcarum*  
*de Incarnationis mysterio. Theatrum naturae et artis.*  
*Schmid Sudaria Christi. Wasmuth. de Excessione Spiritus S.*  
*Epistolar ad Thomastum. Fabricij de Altarij.*  
*ad opposita Disquisitione de — de Ceres Sals. doli*  
*Fide. Calixt. de SS Trinitate*  
*Schmidt. Mithrae Heterodoxa. Weise de Pericopis Evany. et Epistol.*  
*Meibom. Commentat. Histori. de Terramotis in Sicilia*  
*de Augustae e profanatione. Kard. de melle Palestina*  
*de Omopoduro Episcop. Grac. Inoblatz Observat. Biblicae*  
*Crell. de Civis innocentis in Justia manus traditioe.*  
*Rikmeier Clavis Gemmarum.*  
*Schrader de Heliosyniralyis.*  
*Dandau: Siarunp's Coelit. Hicw*  
*Selymi.*  
*Niemeier de disciplina Ecclae:*  
*1 et 2*  
*Weise de Unitione. 1. 2. 3.*  
*Schmid de Gemantia.*  
*Franck Origenes Nationum.*  
*Struvy Rudimenta Logio.*  
*Elvorum.*



25.  
24

I. N. J.

PAVLVS  
ΔΙΑΛΕΓΟΜΕΝΟC

In sciagraphia repræsentatus  
Divini Numinis Auxilio

&

*Amplissima Facultatis Philosophica  
in illustri Academia JULIA  
Benevolo indultu*

a

PRÆSIDE

M. JO. MICHAELE HEINECCIO  
Eisenbergensi

&

RESPONDENTE

JO. HEINRICO WEDDERKAMP

Ultzâ Lüneburgensi

ad d. April. A. O. R. M DC IIC.

in novo Philosophorum Auditorio

*publico eruditorum examini submittetur.*

••(•)••

HELMESTADI,

Typis GEORG-WOLFGANGI HAMMII, Acad. Typogr.

y.



12  
23

PAVLVS

ΔΙΑΛΕΚΤΟΜΕΝΟΣ

In scripturis reprobatis  
Divini Nominis studio

in scriptis Facultatis Philosophicae  
in hujus Universitate  
Hamburgensis

M. J. MICHAEL HENRICIO

J. HEINRICO WEDDERKAMP

ad d. April. A. O. R. M. DC. LXX.  
in nova Philosophorum Auditorio  
publico aedificata in hujus Universitate

Typis Georg. Wolgastii Hammii, Aed. Typogr.





J. J.

SECTIO I.  
PRÆLIMINARIS.

§. I.



Criptores sacros non confuso ac vago disputandi genere usos, sed, ubi concludendum fuit, juxta universalissima Logicæ præcepta progressos esse, adeo certum est, ut sine manifesta ignominia, sanctissimis Viris illata, negari id queat nequaquam. Principia enim, quæ ad formam argumentandi requiruntur, atque in oppositione ad materialia, formalia dici consueverunt, in rebus Theologicis, cum in confirmando tum in confutando suum usum habent, quum in quacunque etiam materia verferis, sine his disputare non possis. *vid. B. J. Musæus. L. II. de us. princip. rat. in controu. Theol. c. II. & III. & Dn. D. JO. ANDR. Schmidt | Patronus, Hospes ac Præceptor noster filiali obsequio, & nullo non honoris ac obseruantie cultu ætatem prosequendus, in programme prælectionibus publicis in Logicam Sacram Jenæ quondam præmisso.*

§. II. Id quidem inficias neminem arbitramur iturum, comparere in sacro codice collectiones valde difficiles & quæ primo intuitu ad universalissima disputatoriæ artis præcepta parum quadrare videantur;

A 2

prout

\*) 4 (\*

prout speciatim illa consequentia, qua CHRISTUS in disputatione de mortuis resurrecturis, adversus Sadducæos, usus est, *Gonterio* Jesuitæ, in colloquio Durlacensi, tam intricata habita est, ut aperte dixerit: *Ad CHRISTI Domini, adversum Sadducæos, argumentationem quod attinet, insigni illam difficultati involutam esse, gratiamque se omnibus maximam habiturum, si inter biennium ad certam formam & figuram redigerent.* v. *Museus* l. c. L. I. c. III. §. XIV. Sed hoc etiam fateri oportet, esse difficultates illas ad unam omnes ita comparatas, ut ab iis, qui Logicam minutius callent, facile superentur, sicuti *ἀνεπιβεβήθη* illam Salvatoris nostri argumentationem, de cujus difficultate conquestus est *Gonterius* accurate expositum ivit *B. J. Martini Pædiæ* libr. III. c. VI. Certe si sanctissimi scriptores, mysteria fidei, seu res humanæ rationis captum multis modis transcendentes, proposituri etiam contra Logica præcepta collegissent, non potuissent non duplici nomine a profanis mentibus imposturæ postulari, quod cum e re Christiana non fuerit, haud præter rationem a Spiritu Sancto cautum est, ne in principia, quæ dicimus formalia, quisquam illorum deinceps impingeret. Recte hinc *B. Cornel. Martini Andverp.* in aureo libello de *Analysi Formæ* c. XII. p. m. 153. *Quotiens DEUS O. M. in sacris literis utitur argumentatione, facit id ut nostro captui se accommodet.* &c. Et *ibidem* p. 154. *Nemo persuaderi sibi patiatur, alicubi sacras literas concludere, nec tamen id facere syllogistice sive formaliter: absurdum siquidem & majestati Spiritus S. omnino diversum dicit, qui tale quid asserere audet, semper enim hoc meminertis, quod jam diximus, non sibi*  
sed



\* ) 5 ( \*

*sed nobis Spiritum S. argumentari, & syllogismos necesse  
re &c. Ipsum quoque Servatorem nostrum Dialecti-  
cam haud neglexisse, ex nuper edito programme in-  
comparabilis Academiae Jenensis decoris, Dn. D. TREV-  
NERI, Praeceptoris nostri filiali cultu aetatem prose-  
quendi liquet. vid. Kilianus Rudrauffius Prof. Giess. in  
Philosophia Theologica Dissert. III. §. 13. p. m. 39, & Jo.  
Neldelii Lipsiens. Philosophi de usu organi institutio Part.  
VI. cap. VI. p. m. 426.*

§. III. Attendamus modo materialia principia, quæ  
in Scriptura S. non sunt neglecta, dum desumuntur in il-  
la medii termini ex locis dialecticis, æq; atq; in discipli-  
nis aliis. Nam & in scriptura medium ad quæstionis ex-  
trema vel ut *antecedens*, vel ut *consequens*, vel ut *repu-  
gnans* se habet. Vocamus autem cum *Aristot. L. I. Prior.  
c. XXVII. antecedens* illud, de quo alterum univer-  
se affirmatur; *consequens* quod de illo, cujus est con-  
sequens, universe affirmatur; *repugnans*, quod de eo,  
cujus respectu repugnans dicitur, affirmari nequit:  
*v. Mus. l. c. L. II. c. II. §. VII. p. 308. seq.* Cæterum asser-  
tionem nostram ὁ πρῶτος *Museus* ita probat: *Aut habitu-  
do antecedentium, consequentium, pugnantium; vel in  
specie definitionis ad definitum, proprietatis ad subjectum  
&c. in Theologia eadem est, quæ in Philosophia, & aliis  
disciplinis, aut diversa. Si illud? etiam utrobique erunt  
principia. Sin hoc? necesse est, ut vel Theologia, vel  
alia præter Philosophiam, disciplina diversam illam habi-  
tudinem doceat, quod falsum; aut nulla erit Theologi-  
carum disputationum certitudo, quod absurdum.*

§. IV. Quæ autem de Scriptoribus sacris in genere  
diximus, illa omnium maxime de Gentium Doctore,

\*) 6 (\*

D. Apostolo Paulo, vera sunt. Ut enim in prophetia *Esaiæ Rhetorica*, sic in Epistolis *Paulinis Dialectica* ita relucet, ut nesciam, an apud quenquam sacrorum Scriptorum reluceat perinde. Quod igitur Illustris Vaudemontius in colloquio Durlacensi dixit: *Philosophorum esse armis uti consequentiarum, de quarum valore consulendus Stagirita potius, quam Tarsensis Paulus*, id quidem verum est, sed ita, ut nec *Tarsensis Paulus* sine consequentiis ac Dialecticæ armis disputasse debeat præsumi; quamvis facile concedamus, apud Philosophos frequentiore esse Dialecticæ usum, atque apud Scriptores Sacros, quod etiam *Arnobius* velle videtur *L. 1. adv. Gent. p. m. 35.* quando ad objectionem Gentilium, quod libri Christianorum ab indoctis hominibus, & rudibus scripti & idcirco non sint facili auditione credendi, respondet: *Collectiones, enthymemata, definitiones, omniaque illa ornamenta, quibus fides quæritur assertioni, suspicantes adjuvant, non veritatis lineamenta demonstrant.* Certe his verbis, si quicquam, hoc negat *Arnobius*, collectionum ac Enthymematum usum non esse in scriptura frequentissimum, sed sæpe nudas simplicesque assertiones poni, idque haud exiguam scripturæ auctoritatem conciliare. Quod enim collectiones plurimæ eæque accuratissimæ in scriptura occurrant, non potuit latere Doctissimum Patrem *Arnobium*.

§. V. Illam autem de Paulo sententiam nostram, facile ab omnibus admissum iri opinamur, qui cum *Venerandis Theologis* confitentur, accommodasse se Spiritum S. in rerum scribendarum suggestionem ad genium amanuensium. Nam quod Paulus jam ante  
conver-

\*) 7 (\*

conversionem Dialecticam didicerit, dubitare nos non  
finunt, qui exposuerunt ipsius vitam, cujus aliquam  
partem descripsisse iuvabit. Fuit Paulus Hebræus,  
Pharisæi Filius, e tribu Benjaminis oriundus, Tarsi  
Ciliciæ urbe, Romanorumque colonia natus, Hiero-  
solymæ autem informationi Gamalielis, celebris Do-  
ctoris, advetus, πεπαιδευμένος καὶ ἀκριβείαν. *Act.* XXII, 3.  
Annus, quo ad Christum conversus fuit, ita definiri non  
potest, ut dubitationi locus relictus sit nullus, v. *Span-  
bem. de Æra Conversion. Pauli.* Itinera ejus nuper pe-  
culiari exercitatione explanavit Celeberr. *Cbr. Cella-  
rius.* Ante conversionem, ut ipse docet, *Act.* XXVI, 5.  
adhæsit ἀκριβείαν ἀκριβείαν, quod forte reddideris, *accu-  
ratisimæ sectæ.* Si quidem nonnullos interpretum se-  
quaris, in quibus duo *Erasmii: Desid.* nempe *Roteroda-  
mus*, & alter cognomine *Schmidius*; & non potius cum  
*B. Lutbero* eam dicas: die strengeste Secte / ut adeo non  
tam de modo docendi hoc accipiendum esse putes,  
quam de vitæ instituto. Id quod recte εἶμα πρὸς εἶμα  
monebat nosque edocebat VIR Max. reverendus Dn.  
D. NIEMEIERUS Patronus atque Præceptor noster  
in præsentī conamine fidelissimus. Atqui Phariseo-  
rum secta, quam indigitat Apostolus, ἀκριβείαν esse  
non potuit, nisi prævia Dialectica, quemadmodum nec  
Paulus ἀκριβείαν ἀκριβείαν adhæsisse commode dici po-  
test, nisi disputationibus quoque, quibus Pharisei as-  
suefacti erant, perpetuis una dicatur vacasse. Quum  
igitur Dialectica omnium consensu utilis sit πρὸς τὰς  
ἐπιτεύξεις, ad congressus, mirari profecto non subit,  
quando Apostolum scientia, quam sibi ante conver-  
sionem comparaverat, etiam post conversionem usum  
esse

esse cernimus, præsertim quod ipse, quippe ἑθνῶν Ἀπόστολος *Rom. XI, 13* διδάσκαλος ἑθνῶν *I. Tim. II, 7*, auditores nactus erat, quibus Dialectica singulariter arridebat.

§. VI. Video hinc *Patres B.* Apostolo Dialecticam tribuisse, ipsumque adeo dixisse Dialecticum. *Hieronymus Epist. ad Paulum Vtic.* diserte ait: *Apostolus (Paulus) sæpe proponit, assumit, confirmat, atque concludit, quod quid aliud est, quam disputare? quæ proprie artis Dialecticæ sunt.* Eodem tendit augustissimus Pater, *Augustinus*, qui *L. I. contra Crescon. Gramat.* ita ait: *Puto jam, quod Apostolum Disputatorem non neges, etiamsi Dialecticam neges.* Cujus loci is esse sensus videtur, quod quidem summa ope eo conniti nolit Augustinus, ut Apostolum Dialecticam de industria proposuisse eaque veluti gloriatum esse evincat, quum aperte constet, eum Dialecticam nusquam ostentasse, multo minus eandem alios docuisse. Illud interim negari non posse, Apostolum juxta illius præcepta, problemata decidisse, adeoque Dialecticam, quæ aliquibus utens vocatur, calluisse.

§. VII. Atque ita rectissime senserunt *Patres*, quippe ipsa *Sacra Scriptura* assertioni fidem adstruente. Neque tamen notio Dialecticæ in eo rigore a nobis accipitur, ut eam denotet disciplinam quæ conclusionem tantum probabilem investigat, sed pro ea quæ totam ratiocinandi artem sub se comprehendit. Quæ notionis acceptio adeo non est inusitata ac recens, ut potius jam olim *Stoicis* notio Dialecticæ idem significarit. Certe ipse *Apostolus* haud obscure innuit, se *Logicum* esse; ita enim ait *Rom. III, 28*. λογίζομεθα, *concludimus,*

*cludimus*, seu ratiocinamur, qui cum convenit istud  
 v. 9. c. l. *προηλιασάμεθα*, *assignata causa evicimus*. Hinc  
 dicitur Apostolus *Ad. XIIIX, v. 4. 19. Et Cap. XIX,*  
*8. 9. διαλεγόμενος ἐν τῇ σχολῇ disputans in schola.* Equidem  
 alias constat, vocem *διαλέγεσθαι* idem esse ac colloqui.  
 Verum illam significationem l. c. exulare oportet, si-  
 quidem auditorium ita comparatum non erat, ut sine  
 probatione saltem dialectica, Paulo, quicquam in  
 buccam venisset, eloquenti, assensum præbuisset; ut  
 taceam, illam, quam nos diximus τῷ *διαλέγεσθαι* signi-  
 ficationem inductione omnium Pauli disputationum  
 & colloquiorum probari, siquidem medios terminos  
 saltem non semper ex locis dialecticis desumit, ut po-  
 stea videbimus.

§. II. Cæterum Dialectici munus, quod est,  
*nihil prætermittere eorum, quæ faciunt ad finis sui*  
*adeptionem*, ab Apostolo accuratissime fuisse observa-  
 tum, cum ex quatuordecim ipsius epistolis, tum ex A-  
 ctis Apostolicis planum est, nec fortassis a quopiam  
 negabitur, ubi *Dialecticam Paulinam* recensuerimus,  
 hoc est, ubi nostra universalissima Logices præcepta  
 meris, perspicuis, ac multis numero exemplis illustra-  
 verimus, eoque quodammodo monstraverimus,  
*Paulum Dialecticam novisse, eademque fuisse usum.*

§. IX. Quamvis autem id fusius fieri posset, id  
 tamen nunc paucis tantum quaternionibus facere con-  
 stituimus, pleniorum diductionem, urgentibus nunc  
 fatis nostris valde tristibus, in aliud rejicientes tem-  
 pus, ideoque hæc opella nostra rectius *Dialecticæ Pau-*  
*linæ Sciagraphiam*, quam ipsam Dialecticam Paulinam

B

est

\* ) 10 ( \*

est relatura. Poterit autem vel ex his, quæ hac vice exhibituri sumus, Paulus *διαλεγόμενος* intelligi, ut adeo Titulus exercitationi nostræ temere præfixus non sit.

## SECTIO II.

De

### DIALECTICÆ PAVLINÆ FINE CVJVS ET CVI.

§. I.

Finis (a) *cujus* Dialecticæ Paulinæ est cognitio dogmatum fidei & morum Pauli auditoribus in generanda. (b)

(a) Finis est vel *motionis*, vel *terminationis*. Ille est, cuius gratia aliquid est vel fit. Hic est rei terminus, seu istud, in quo res definit. Posterior hæc significatio præsentis loci non est, sed prior illa, quæ alias etiam causa finalis dicitur, quamvis, ut quidam volunt, inter causam finalem & finem hoc intercedat discriminis, quod causa finalis dicatur, quatenus res nondum effecta est, sed voluntatem adhuc trahit ad sui effectum; finis autem appellatur, quatenus spectatur ut effecta vel acquisita. Notio finis, si absolute ponatur, notat finem motionis, juxta illud Aphrodisiensis: τὸ ἀπλῶς τῆς κινήσεως δηλωτικὸν, quod Grotius effert: *Nomen generis speciei præsertim excellentiori peculiariter adhaerescit. Dividitur alias finis, in Finem cuius & Finem cui, quæ divisio num accurata sit, alterius loci est dispicere.*

*Finis*

*Finis cuius* est bonum , cuius gratia aliquid fit. *Finis cui est* subiectum , cui aliquid fit vel acquiritur.

(b) Nam *Finis cuius* est bonum , cuius gratia aliquid est vel fit. Atqui bonum , cuius gratia erat *Dialectica Paulina* , aliud esse non poterat , quam modo dicta rerum ad fidem vitamq; pertinentium cognitio , ut erat in auditorum animis producenda. Atque hoc est , quod ait Paulus *Rom. I, 11.* Finem cuius gratia Romam proficisci cupiat , hunc esse , ut communicet Romanis *χάρισμα πνευματικόν donum spirituale* , eosque in salutari cognitione confortet , suggerendo ampliorem rerum spiritualium cognitionem.

§. II.

*Finis cui* Dialecticæ Paulinæ sunt auditores Pauli (a) varii. (b)

(a) Nam *Finis cui* , ut modo vidimus , est subiectum , cui aliquid fit , vel acquiritur , habetque duas conditiones , quarum *prima* est , ut careat perfectione , quæ dicitur *Finis cuius* ; *secunda* , ut ejusdem possit per rite adhibita principia ac media reddi particeps. Jam auditores Pauli sunt subiectum , cui acquiri debet cognitio illa , quam *Finem cuius* diximus , quum utraque conditio in illos cadat. Destituebantur enim illa rerum divinarum cognitione , sed ita , ut per media a Paulo adhibita ejusdem participes reddi potuerint , quod liquet ex effectu. Sumamus unicum exemplum : *Act. XIII, 45.* dicitur de Judæis : *ἀντέλεγον τοῖς ὑπὸ τῷ Παύλῳ λεγομένοις , ἀντιλέγον-*

B 2

τες κει

τες καὶ βλασφημῶντες, *contradiciebant iis, quæ Paulus dixerat, & blasphemias refertas oppositiones concinnabant.* Illi igitur Judæi erant *Finis cui,* quippe qui non solum *fine cuius,* hoc est salutari cognitione destituebantur, verum etiam ejusdem participes reddi poterant, quibusque adeo *finis cuius* acquirendus erat ac comparandus.

(b) Judæi, & Gentes, Græci & Hebræi, partim λόγῳ δεόμενοι, quorum mentionem injicit *1. Cor. III, 1. 2.* dicens: *ἐκ ἡδυνήθην λαλῆσαι ὑμῖν ὡς πνευματικῆς, ἀλλ' ὡς σαρκικῆς, ὡς νηπίοις ἐν χριστῷ. Γάλα ὑμᾶς ἐπόψα, καὶ ἔβρωμα, ἔπω γὰρ ἡδύναθε,* i. e. *Non poteram loqui vobiscum, ut spiritualibus, sed ut carnalibus, ut infantibus in CHRISTO. Lac vobis dedi bibere, & non cibum: nondum enim poteratis, & Hebr. V, 13. πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος, ἄπειρος λόγῳ δικαιοσύνης νήπιος γάρ ἐστι. Omnis enim qui lactis est particeps, est imperitus sermonis justitiæ: Infans enim est; partim πεπαιδευμένοι i. e. uti recte Paulino vocabulo reddideris, tales qui ἐεδυναμώθησαν Rom. IV, 20. Hebr. XI, 34. qui profectiores sunt, & cibo pascendi solido, nec opus habent ut doceantur τῶν στοιχείων τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τῷ θεῷ i. e. elementa initii sermonum DEI. Hebr. V, v. 12. 14. Epicuræi quoque & Stoici Philosophi (sed qui Dialectici, ) in arenam descendebant cum Paulo *Act. XVII, 18,* quare & isti in numero sunt recensendi eorum, in quos *finem cuius* introducere tentabat Apostolus. Si igitur Paulus *omnibus omnia est factus propter Evangelium,* sane Judæis non tantum Judæum, infirmis, infirmum; sed etiam Dialecticis Dialecticum se præstitisse præsumendus est.*

SECTIO



## SECTIO III.

De

## OBJECTO DIALECTICÆ PAULINÆ

Quæstionibus videlicet seu problematibus.

§. I.

Quæstiones (a), quas ope inexistentis sibi Dialecticæ Apostolus considerat, variæ (b) sunt, quæ tamen si non omnes circa fidei morumq; dogmata versantur, saltem istuc facile referri possunt, tam immediate, quam mediate.

(a) Quæ sunt objectum & Dialecticæ & Analyticæ; quemadmodum enim nec scientia, ita nec opinio de re quapiam haberi potest, nisi de ea quærere seu interrogare possimus, ut potius utraque in inquirendo occupetur, & sic Logicæ objectum generale quæstiones omnino constituent.

(b) aliquando Apostolus quæstiones, quæ inter Judæos moveri consueverant, decidit, ut *Act. XXVI, 3. seqq.* ubi ad Agrippam ait, fore eum apologiæ Paulinæ auditorem *παιδευμένον*, ideo quod gnarus sit πάντων τῶν ἐν Ἰουδαίᾳ ζητημάτων, omnium quæstionum judaicarum, quarum ipse nunc facturus sit mentionem. Aliquando deprehensus est *ἐγκαλούμενος περὶ ζητημάτων τῶν νόμου* in jus vocatus propter quæstiones legales. *Act. XXIII, 29.* Sæpe quæstiones Evangelicas ex-

cas excutit, ut in *Epistola ad Romanos*; sæpe quæ mores concernunt, ut in *Epistolis ad Corinthios, Philippenses &c.* quæ omnia planissima sunt, nec nunc proluxa expositione indigent. Interdum quærit, num prædicatum simpliciter conveniat subiecto? vid. *infra Sect. IV. §. IV.* interdum comparationem aliquam instituit, & quodnam ex comparatis magis vel minus subiecto infit quærit? exempla invenies *infr. l. c. §. V.* Optime quoque Paulus noster, qui *curvo dignoscere rectum* sciebat, discernit inter quæstiones utiles & inutiles, quæ magis altercationes & rixas pariunt, quam profectum in cognitione & cultu DEI, a quibus ut magnopere caveat Timotheus, literis eum præmonet *1. Tim. I, 4. c. IV, 7. c. VI, 4. 5.*

## §. II.

Cum vero prædicamenta nimium quantum quæstiones exstruendas promoveant (a), placuit, per aliquot eorum classes eundo, Paulina exempla observare, quæ ad prædicamentorum seriem reduci possunt. (b)

(a) præprimis problemata dialectica, quæ in omnibus Categoriis vel prædicamentis locum habere, docet *Aristoteles l. I. Top. c. 9.*

(b) In prædicamento *Qualitatis* exemplum sit Fides. Quod autem Fides ad qualitatem pertineat, haud obscure

\*) 15. (\*

scire innuit Paulus, cum *Rom. XII, 3.* memorat μέτρον πίστεως, *mensuram fidei*, quo loco non quantitatē molis certo modulo emetiendam, sed virtutis indigitari, ipsa fidei natura adstruit. Sic quoq; incrementorum fidei mentionem injicit, quæ locum non invenirent, nisi fides esset qualitas, *qualitatis enim proprium est, recipere magis & minus.* Hinc fidem juxta sua, quæ capit incrementa, ita describit: *Rom. I, 17.* Δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίσιν. *Justitia enim DEI revelatur ex fide in fidem, h. e. ex tali fide, quæ quotidie incrementa capit.* Et *2. Thessal. I, 3.* ὅτι ὑπεραυξάνει ἡ πίστις ὑμῶν, *quia amplius crescit fides vestra.* Item confer sis, *2. Cor. X, 15.* Parvam e contrario indicat fidem per τὸν ἀδυνάτοια τῆ πίσει *infirmitate fidei.* *Rom. XIV, 1.* vide supra *Sect. II. §. II. lit. b. Hebr. X, 22. seqq.* ἐν πληροφωρίᾳ πίστεως *in plena assensione, in fiducia fidei, In völligem Glauben.* Qualem *Relationem* admittit *Fides*? Refertur ad suum Objectum, promissionem videlicet de **CHRISTO**, *Rom. IV, 5.* πιστεύων ἐπὶ τὸν δικαιῶντα, *credens in eum qui justificat.* conf. *Gal. II, 16. c. III, 26. Phil. III, 9.* Ut taceam, quam ad *Timotheum*, ratione fidei, relationem se habere dicit, nominans istum γνήσιον τέκνον ἐν πίσει, *germanum filium in fide.* *I. Tim. I, 2. coll. Phil. II, 22.*

*Agitne Fides?* Omnino, cognoscimus ex Paulo varios fidei actus: tum quatenus ipsa **CHRISTI** meritum in **DEI** gratia per Evangelium oblatum exhibitumque aspicit, apprehendit, sibi applicat; tum quatenus non est otiosa, sed per adjunctam charitatem

tem

tem ejusque opera sese profert in beneficentiam er-  
 ga proximum, de quibus fidei actibus testantur  
 hæc loca: ἐξ ἀκοῆς πίστεως Πνεῦμα καὶ δυνάμεις, *prædi-  
 catio fidei subministrat Spiritum & operatur virtutes.*  
*Gal. III, 5.* Abrahami fides apprehendendo operatur  
 justitiam. *Rom. IV, 3.* Grata est DEO πίστις δι' ἀγάπης  
 ἐνεργουμένη, *fides per dilectionem operans. Gal. V, 6. &c.*  
 Ad prædicamentum *passionis* non incommode for-  
 te retuleris conversionem transitivam, quæ respe-  
 ctu hominis est mera passio. Unde & Paulus non uno  
 loco egregiis schematibus docet, hominem in ne-  
 gotio isto se mere passive habere, v.g. dum con-  
 vertendos *tenebris* comparat, conversionem illu-  
 minationi. *Eph. V, 8.* eosdem spiritualiter *mortuos*  
 appellat, conversionemque resurrectioni confert,  
*Eph. II, 5.* Illuminationem certe patiuntur tenebræ,  
 resurrectionem patitur mortuus, sic conversionem,  
 ut ipsa est actio Spiritus S. patitur irrogenitus, atque  
 hoc respectu conversio est passio.

SECTIO IV.

De

MEDIIS DIALECTICÆ PAVLINÆ.

§. I.

Dialecticus finem suum obtenturus duobus  
 potissimum organis utitur atque mediis,  
 (a) Syllogismo (b) videlicet atque Indu-  
 ctione. Est autem Syllogismus, juxta  
 commu-

communem definitionem λόγος i. e. oratio, (& ita nobis oratio Paulina (c)) in qua positus quibusdam, aliud quid sequitur, ab iis, quæ posita sunt, ex necessitate & ideò, quia illa priora posita sunt.

(a) Docente id *Aristotele*, L. I. *Topicor.* c. XII. seqq. L. II. *Prior. Anal.* c. XXIII. L. I. *Post.* c. 1. Et alibi passim.

(b) Jam ut sine alis volare nequit avis; ita sine Syllogismis nequaquam possumus disputare. Etsi non ignoramus adesse *Weigelianos*, homines illos fanaticos, qui stupido hanc dispositionem dente allatrant, & missis omnibus Syllogismis (cum idem sit syllogistice & sophisticè disputare) confidunt se posse de rebus omnibus tam sacris quam profanis judicare; eorum vero tela, quæ vibrari solent, vide profligata apud Patronum nostrum summum Dn. D. SCHMIDIUM in *Dialectica Sacra. MS. P. III. §. 2. not. a.*

(c) Necessè enim est ut Paulum quoque syllogistice argumentatum fuisse fateamur, licet Syllogismis virtualibus, cum in ejus scriptis formulæ: *Quicumq;*, *Atqui*, *Ergo*, vel aliæ nobis hodie usitatæ non compareant: Istæ enim voculæ, ac consuetus propositionum ordo a differendo abesse possunt. Hinc non minus rectè colligit, qui ex suis principiis conclusionem syllogistice, h. e. *salva consequentia formali* deduxit, si modo adfit conclusionis bona & legitima consecutio, sive utramque

\*) 18. (\*

que propositionem expresse ac publice nunc disputantium more adposuerit, sive minus. Ita enim noster Dn. Præceptor, D. SCHMIDIUS, l. c. lit. b. *Non tantum ille formaliter & syllogistice disputat, qui Syllogismum omnibus suis partibus in figura & modo ita explicite proponit, ut nullam propositionem omittat; sed etiam is, qui sine tali dispositione vel affirmationis vel negationis suæ rationem dat, ex qua Syllogismus continuo fieri potest. Quare cum dicit Paulus noster: Magistratui est obsequendum, quia est potestas a DEO ordinata. Rom. XIII, 1. vel, Non me pudet Evangelii de JESU CHRISTO, quia est potentia DEI ad salutem omnium credenti; Rom. I, 16. jam formaliter & syllogistice processisse putandus est, cum quælibet earum conclusionum facile ad figuram aliquam revocari queat, hunc in modum: O. potestati a DEO ordinatæ est obsequendum. Atqui Magistratus est potestas a DEO ordinata. E. Magistratui est obsequendum. Quicquid est potentia DEI ad salutem, istius me pudere non potest; Atqui Evangelium est potentia DEI ad salutem; E. Evangelii pudere me non potest.*

§. II.

Ἐπαγωγή seu Inductio (a) est a singularibus (b) ad universalia progressus, & nobis, oratio Paulina quæ ex minus universalibus magis universale colligit. (c).

(a) ,, Quæ vel *analytica* vel *dialectica*, juxta Piccartum in

\* ) 19. ( \* )

in disp. de *Inductione Thes. XLIII. & LXV.* „  
Conveniunt quidem (1) quia neutra vim demon- „  
strandi habet ; (2) utraque probat quodammodo „  
idem per se ipsum ; (3) unaquæque progreditur a „  
singularibus vel proprie dictis vel saltem κατ' ἀναλο- „  
γίαν. Sed & differunt (1) norma, (2) finibus, (3) per- „  
fectione, uti id prolixè docetur in cit. *Dialectica* „  
*Sacra MS. P. III. §. 3. lit. a.*

(b) tam absolute talibus, quam respectively talibus ; istis  
quidem si adstipulemur *Piccarto*, qui l.c. singula-  
ria proprie & presse accepta pertinere asseverat ad  
dialecticam inductionem, vid. *Thes. XLIII. l.c. seq.*  
& *Hedioni*, qui in *Organ. Arist. libr. 1. Dial. c. 111.*  
*p. 102.* ita ad inductionem commentatur : *Id ante*  
*omnia hic notandum est, per singularia non solum intel-*  
*ligi ea, quæ simpliciter talia sunt, verum ea quoque*  
*singularia sæpe dicuntur, quæ sunt minus universalialia,*  
*quomodo species singularia vocantur respectu gene-*  
*rum, & genera inferiora respectu superiorum vid. seq.*  
*l. c. conf. Arist. L. I. Top. cap. XII.*

(c) Divum enim Apostolum inductione usum fuisse  
deinceps videbimus. *Sect. IV. §. VI.* Nunc dicemus  
de Syllogismo, quem præcipuum Dialectici organum  
esse constat, quippe qui fortius urget, & plus apud  
doctos valet, quam inductio, quæ minus movet, &  
persvadendis aptior est. *Arist. L. VIII. Top. c. 2.*

§. III.

*Ευπορίας* vero vel inventionis ratio ante o-  
mnia est habenda, qua ingens proposi-

C 2

tionum

tionum sylva ad plurimas contexendas argumentationes inveniri feliciter a quovis potest. Quo quatuor pertinere instrumenta indicat Aristoteles (a), quæ nunc sequuntur:

1. Λήψις προτάσεων i. e. *propositionum sumptio*. (b)
2. Διαίρεσις τῶν πολλαχῶς λεγομένων i. e. *distinctio eorum, quæ multipliciter dicuntur*. (c)
3. Ἐυρεσις τῶν διαφορῶν, i. e. *inventio differentiarum*. (d)
4. & tandem σκέψις τῶν ὁμοιῶν i. e. *consideratio similitudinis*. (e)

Quæ capita omnia num quodammodo in nostra Dialectica Paulina locum habere queant, videbimus.

(a) *Lib. 1. Topic. c. XIII.*

(b) Sumptio propositionum est selectio sententiarum, effatorum, dictorum ex Auctoribus variis, eorumque, ubi e re fuerit, usurpatio. Vnde vero & quæ ex omnibus sint colligendæ propositiones, probe dispiciendum est. Quorum utrumque ut recte fiat, proficua maxime & sufficientissima Theologiæ Studio dedit præcepta & regulas sæpe laudatus Dn. D. SCHMIDIVS c. l. §. 4. not. a. Quibus rite observatis, quivis sumptionem propositionum, seu excerpenti rationem non potest non felicissime tentare. *Paulus* noster assumit propositiones, adducit



adducit enim jam effatum *Moyſis*, jam *Prophe-  
tæ*, jam *Evangeliftæ*, jam *Ethnici* alicujus ſcriptoris. Quot  
enim vicibus audimus ex noſtro D. Paulo *ἔ-  
γραπται γάρ*, vel *καθὼς ἔγραπται* vide *Ad. XXIII,*  
*v. 5. Rom. II, 24. c. III, 10. 1. Cor. I, 31. 2. Cor. IV, 6.*  
*Gal. III, 13. Ephes. IV, 8. Phil. II, 10. 1. Theſſal. V, 8.*  
*1. Timoth. I, 15. 2. Timoth. II, 12. Hebr. I, 2. - 13. &c.*  
Sic quoque prompſiſſe Paulus noſter dicitur pro-  
poſitionem ex *Arato. Ad. XVII, v. 28.* ex *Menan-  
dro. 1. Cor. XV, 33.* ex *Epimenide Tit. I, v. 12.*

(c) i.e. quorum idem commune nomen eſt, ratio eſſen-  
tiæ vero nomini iſti accommodata, vel ſecundum  
iſtud nomen diverſa. *L. Categ. I.* Regulas vero ad  
inveniendā & diſtinguendā homonyma maxime fa-  
cientes ſumme venerandus noſter Dn. Præceptor  
cit. *Coll. MS. P. III. §. 4.* ita digeriſſet, ut exordietur

I. A Claſſe oppoſitorum, ubi ſequentes tradit:

1. Si vocabulum aliquod plura habet contraria, quæ &  
nomine & definitione differunt, illud vocabulum  
eſt homonymum.
2. Si duorum contrariorum unum habet contrarium,  
alterum non habet, illud multiplicem habet ſigni-  
ficationem.
3. Si unum contradicentium eſt ambiguum etiam alte-  
rum erit ambiguum.
4. Si privative oppoſitorum aut relative unum eſt  
multiplex, etiam alterum erit multiplex.

II. Sequitur claſſis Conjugatorum.

Si unum Conjugatorum eſt Homonymum, etiam alterum  
erit Homonymum.

### III. Classis prædicamentorum.

1. Cum aliquod nomen dicitur de rebus summo genere i.e. prædicamentis differentibus, certum est id esse Homonymum.

2. Si cuidam nomini genera inferiora conveniunt, sed ita diversa, ut alterum genus altero genere non contineatur, nominis illius multiplex erit significatio.

### IV. A Definitione.

Si quid videtur ambiguum, quoniam de duobus dicitur; utrumque definias, cum additione ejus, quod ambiguum censes: quo factò, si, sublata proprietate & definitione rerum, de quibus illud vocabulum dicitur, non manet eadem ratio, verbum est ambiguum.

### V. A Differentiis.

Si unum æquivocationem de pluribus dicat, & illud nomen alterius sit species, alterius differentia; etiam æquivocum erit.

Nostrum jam erit hætenus dicta exemplis Paulinis illustrare.

#### I. Ex Classe oppositorum.

& quidem Regulæ primæ exemplum sit vox *caro*, quæ plura habet contraria: nunc enim opponitur illi Spiritus, tum alibi sæpius, tum & Rom. VIII, 1. *μη̄ κατὰ σάρκα περιπατῆσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα*, non secundum carnem ambulantes, sed secundum Spiritum, confer Gal. V, 17; nunc ei opponitur status vitæ æternæ, 2. Cor. X, 3. *ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατῆντες*, in carne ambulantes; nunc ipsi contradistinguuntur olera, Rom. XIV, 2. *ὅς δὲ ἀδυνῶν λάχανα ἐσθίει*, qui autem infirmus

\*) 23. (\*

*firmus est, oleribus vescitur*, conf. *1. Cor. II, 12, 13.*  
Hæc autē quæ in scriptis Paulinis *carni* opponuntur,  
scil. *spiritus, eternitas, olera*, toto genere differunt:  
igitur patet, vocabulum *carnis* Paulo esse homonymum.  
Adde ex eadem prima classe regulam ultimā,  
quam illustrat locus Pauli *Rom. IV, 12.* ubi Abrahamum  
vocat *πατέρα περιτομῆς τοῖς ὄντι ἐκ περιτομῆς μόνον,*  
*ἀλλὰ καὶ τοῖς σοιχοῦσι τοῖς ἰχνησι τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστία πίστεως τῆς*  
*πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ.* h. e. *patrem circumcissionis non instantum,*  
*qui ex circumcissione, sed qui incedunt in vestigiis ejus,*  
*quæ in præputio fidei patris nostri Abraham.*  
Pater circumcissionis & circumcisio ipsa respiciunt  
sele certo modo ut relata. Hinc eo ipso, quo Paulus  
noster ostendit, quod unum relative oppositorum  
(nempe Pater circumcissionis) sit multiplex,  
significat quoque circumcissionem ipsam esse multiplicem,  
seu homonymam.

## II. Ex Classe Conjugatorum.

Circumcisus & circumcisio sunt conjugata, quia ex  
verbis ejusdem generis, seu ab eadem voce flectuntur,  
definiente *Arist. L. II. Top. c. IX.* Recte hinc in  
*Logica Paulina* vocis hujus homonymiam offendemus,  
si nobis alterum conjugatorum ut æquivocum declaraverit,  
quod fieri putamus *Coloss. II, v. 11.* ubi circumcisus in alio  
prorsus significato accipitur, quam *1. Cor. VII, 18.* Hic enim  
svadet circumciso secundum carnem ita: *περιτομημένος τις ἐκλήθη;*  
*μὴ ἐπισπάσῃ, circumcisus si quis vocatus est: ne attrahat præputium.*  
In priori vero loco in alia significatione circumcisi  
describuntur ita: *ἐν*

ἢ περι-

ὡς περιεμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει τῆς  
 σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός, ἐν τῇ περιτομῇ τῆς χειρῶν,  
 in quo etiam circumcisi estis circumcissione non manu-  
 facta, per exutionem corporis peccatorum carnis,  
 circumcissione nim. CHRISTI. Si igitur alii vocan-  
 tur circumcisi ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χει-  
 ροποιήτως ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manu-  
 facta, juxta Coloss. II, v. II. alii vero ὑπὸ τῆς περιτο-  
 μῆς ἀχειροποιήτως a circumcissione manu facta, cir-  
 cumcisio ipsa quoque tam varia recte judicabitur,  
 juxta nostram ex classe conjugatorum regulam.

### III. Ex Classe prædicamentorum:

Quia *circumcisio* Apostolo plura significat, ita ut si-  
 gnificata in diversis numerentur categoriis, omni-  
 no erit vocabulum æquivocū. Est vero circumcisio  
 Apostolo non raro idem ac *Judæi circumcisi* Rom. III,  
 30. Ἐπίπερ εἰς ὁ Θεός, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως &c.  
 Quandoquidem unus est DEVS qui justificabit circum-  
 cissionem, i. e. circumcisos ex fide, conf. Rom. II, 26.  
 XV, 8. Gal. II, 8. Eph. II, 11. Phil. III, 3. (Judæus ve-  
 ro si Logice consideretur, est in categoria *substantiæ*.)  
 Interdum complectitur B. Apostolus sub circumcissi-  
 one totam legem veterem. (Lex ingenere juxta Ari-  
 stotel. libr. X. Ethic. c. ult. est oratio vim cogendi ha-  
 bens: ita lex quoque divina in genere erit oratio a  
 DEO profecta, quæ vim cogendi habet; si est oratio,  
 collocari poterit lex in prædicamento *quantitatis*.)  
 Interdū notat omnes legis ceremonias, & opera, (quæ  
 sunt in categoria *actionis*) videatur Cornelius a Lapide  
 S. J. ad IV. Cap. Ep. ad Rom. v. 12. Interdū sumitur, pro  
 doctrina

\* 25. \*

*doctrina circa circumcissionem Gal. V, 11. 'Εγὼ δὲ ἀδελ-  
φοί, εἰ περιτομὴν ἔτι κηρύσσω &c. ego autem, fratres, si  
circumcissionem adhuc prædico, &c. (Doctrina alio re-  
spectu in categoria *qualitatis*, alio vero in *actionis*  
prædicamento ponitur.) Dicitur tandem Apostolo  
σφραγὶς τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως, *signaculum justitiæ fi-  
dei, Rom. IV, 11. vid. Cornelius a Lapide Comment. ad  
c. l. (signum, inter quod & signatum cum sit habi-  
tudo & respectus, est in prædicamento relationis.)* Di-  
citur ergo Paulo nostro circumcisio de pluribus,  
quorum neutrum sub altero continetur; itaq; est  
æquivocum.*

#### IV. A Definitione.

Cum circumcisio dicitur de præputio & de corde;  
utriusque descriptionem inquiras, quarum ulti-  
mam reperies *Coloss II, 11. ubi ea appellatur περι-  
τομή ἀχειροποίητος, ἀπέκδυσις τῆ σωματικῶν ἁμαρτιῶν τῆς  
σαρκὸς, περιτομή τῆ χειρῶν, i.e. circumcisio non manu-  
facta, exutio corporis peccaminosi carnalis, circumci-  
sio CHRISTI. Quæ si in ordinem colligas, talis e-  
merget descriptio: Circumcisio cordis est actio  
Spiritus S. qua is propter CHRISTI meritum  
hominis irrogeniti depravatam naturam  
corrigit, concupiscentias infringit, peccandi  
consuetudinem inhibet, cor immutat, & ex  
homine non credente facit credentem. Cir-  
cumcisionis autem præputii naturam cognosce-  
mus ex *Ephes. II, 11. ubi vocatur περιτομή ἐν σαρκὶ*  
D  
χειρῶν*

\* ) 26. (\*

*χειροποίητος*, *circumcisio in carne manibus facta*; conf. *Rom. IV, 11.* ubi audit *σφραγίς τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως signaculum justitiæ fidei.* Unde hæc conflabitur descriptio: *Circumcisio est actio humana sacramentalis, qua in statu V. T. juxta præceptum Divinum præputium carnis resecabatur, pro impetranda gratia foederali, & obtinendo signaculo justitiæ.* Tolle jam, quod cuivis circumcisioni proprium & essentielle est, sc. a prima: *actio Spiritus S.* ab altera: *actio humana sacramentalis*; & apparebit, id quod remanet in utraq; descriptione, non esse unum idemque: etenim *concupiscentias infringere, cor immutare &c.* longe diversum est a *resecatione præputii*; itaque *circumcidi* aliud significat de corde, aliud de præputio usurpatum; paucis: est æquivocum.

(d) Tertium inveniendorum argumentorum instrumentum est, investigatio differentiarum inter res phrasæque diversas. De qua Logici sequentia tradunt præcepta: *vid. Hedio c. l. Libr. I. Dialect. c. IV. §. 4. seqq.*

1. *Differentias invenito in iis quæ sunt ὁμογενῆ vel συγγενῆ, i. e. quæ ad unum genus referuntur.*

2. *Querito differentias earum rerum, quæ sunt ἑτερογενῆ i. e. quæ diversis continentur generibus.*

Cupis primi generis differentias? vide nervose expressas *Rom. XII, 5. seqq.* οἱ πολλοὶ ἐν σώματι ἐσμεν ἐν χρεσῶ, ὁ δὲ καθ' ἑἷς αἰδέλων μέλη. Ἐχοντες δὲ χαρίσματα

κτ'

καὶ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα εἶπε προφητείαν, καὶ τὴν ἀναλο-  
 γίαν τῆς πίστεως. Εἶτε διακονίαν, ἐν τῇ διακονίᾳ· εἶτε ὁ διδά-  
 σκων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ· εἶτε ὁ παρακαλῶν, ἐν τῇ παρακλησίᾳ·  
 ὁ μεταδιδῶν, ἐν ἀπλότητι· ὁ περιεσόμενος, ἐν σπουδῇ· ὁ ἐλεῶν ἐν  
 ἰλαρότητι. *Ita qui multi, unum corpus sumus in CHRI-  
 STO, unusquisque vero in vicem membra. Habentes  
 vero dona secundum gratiam datam nobis di-  
 versa; sive prophetiam, secundum analogiam fidei; sive mi-  
 nisterium, in ministerio; sive docens, in doctrina; sive  
 adhortans, in adhortatione. Qui distribuit, in simplici-  
 tate; qui antistes, in diligentia; qui miserens, in hilaritate.*  
 Quo in loco monstrat Paulus prophetiam,  
*ministerium, doctrinam, exhortationem &c.* esse (1)  
 ὁμογενῆ seu talia quæ ad unum genus (nempe χάρι-  
 σματα καὶ τὴν χάριν) referuntur (2) esse tamen διάφορα,  
 sive esse in his differentiam aliquam perspicien-  
 dam. Ad eundem modum agnoscit Paulus car-  
 nium differentiam & corporum cœlestium ac ter-  
 restrium *I. Cor. XV, 39, 40.* ita enim differit: Ὅ-  
 πασα σὰρξ ἢ αὐτὴ σὰρξ, ἀλλὰ ἄλλη μὲν σὰρξ ἀνθρώπων,  
 ἄλλη δὲ σὰρξ κτηνῶν, ἄλλη δὲ ἰχθύων, ἄλλη δὲ πτηνῶν. Καὶ  
 σώματα ἐπερραίνια, καὶ σώματα ἐπιγεια. ἀλλ' ἐτέρα μὲν ἢ τῶν  
 ἐπερραίνιων δόξα, ἐτέρα δὲ ἢ τῶν ἐπιγείων. Ἄλλη δόξα ἡλίου,  
 καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων. Ἄστὴρ γὰρ  
 ἀστὴρ διαφέρει ἐν δόξῃ. *i. e. non omnis caro eadem ca-  
 ro est; sed alia est caro hominum, alia vero caro be-  
 stiarum, alia vero piscium, alia vero volatilium. Et  
 corpora sunt cœlestia, & corpora terrestria. Sed  
 alia quidem cœlestium gloria, alia vero terre-  
 strium est. Alia gloria solis, & alia gloriæ lune, &  
 alia*

\* 28. (\*

*alia gloria stellarum : stella namque differt a stella in gloria. Aliud exemplum : Quæritur quid intersit inter παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ & τὸν νέον τὸν ἀνακαινόμενον εἰς ἐπίγνωσιν καὶ εἰκόνα τῆς κτίσαντος, veterem hominem eum factis suis : (præc. v. 5. recentis) Ἐνοῦν hominem, qui renovatur ad agnitionem Ἐῖμαγινεμ εἰου, qui condidit illum? Coloss. III, 9. 10. vel inter externum & internum, qui hanc habent differentiam ; iste διαφθείρεται, corrumpitur, & hic ἀνακαινῆται ἡμέρας καὶ ἡμέρας, i. e. renovatur in dies singulos. 2. Cor. IV, 16. 2. Cor. XI, 28. Dividit Paulus actiones suas in intrinsecas & extrinsecas. Agnoscit varietatem vasorum in magna domo, ubi non tantum σκεῦη χρυσῆ καὶ ἀργυρῆ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὄστράκινα, καὶ ἂ μὲν εἰς τιμὴν, ἂ δὲ εἰς αἰτιμία, vasa aurea Ἐῖαργεντεα, verum etiam lignea ac testacea : Ἐῖαλια quidem in honorem, alia vero in contumeliam, 2. Tim. II, 20. conf. sis 2. Cor. IV, 8. 9. Eph. IV, 11. Phil. I, 15. Hebr. V, 14.*

(e) Similium consideratio est quartum inventionis organum. Sunt autem similia investiganda non tantum in iis, quæ sub uno continentur genere; verum in illis quoque, quæ diversi sunt generis. Duo igitur hic sunt observanda:

(1) *In his quæ diversi sunt generis quærenda aliqua analogia, seu videndum, annon, quemadmodum unum ex iis se ad aliud habet, ita Ἐῖalterum ad aliud sit comparatum? hoc enim si fuerit, similitudo jam erit inventa, e. g. Eph. V, 23. seqq. Ὁπ ὁ ἀνὴρ ἐστὶ κεφαλὴ τῆς γυναικὸς, ὡς καὶ ὁ χεῖρς κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας. καὶ αὐτός*



\* 29. \*

τός ἐστὶ σωτὴρ τῆς σαρκός. Ἄλλ' ὡσπερ ἡ ἐκκλησία ὑποτάσσεται τῷ Χριστῷ, ἕτω καὶ αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ἐν παντί. Οἱ ἄνδρες ἀγαπάτε τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς, i. e. *maritus est caput uxoris, quemadmodum CHRISTVS est caput Ecclesiae, etenim ipse est servator corporis. Sed quemadmodum Ecclesia subdita est CHRISTO, sic mulieres subditae sint maritis suis in re quaeris. Vos autem viri diligite uxores vestras, quemadmodum CHRISTVS dilexit Ecclesiam, et semet ipsum tradidit pro illa.* In hoc exemplo apparet analogia inter CHRISTVM & maritum, itemque inter Ecclesiam & uxorem conjugali fide adstrictam: quemadmodum se habet maritus ad conjugem, tum ratione sustentationis, tum ratione amoris; ita CHRISTVS ad Ecclesiam. Et vicissim: quemadmodum se habet Ecclesia ad CHRISTVM, ratione subjectionis & obedientiae; ita uxor ad maritum.

(2) *In aliis vero, quae ejusdem sunt generis, videndum, annon res istae communia aliqua habeant praedicata; quot enim praedicata communia fuerint reperta, tot quoque similitudines inventae erunt, e. g. Judaei & Graeci sunt ejusdem generis, quare recte de illis Dialecticus noster Rom. X, 12 13. οὐκ ἐστὶ διαστολή Ἰουδαίῳ τε καὶ Ἕλληνας, non est distinctio vel Judaei vel Graeci. Qui vero investigari dedit similitudinem? ostendendo communia aliqua praedicata: ὁ αὐτὸς Κύριος πάντων, πλῆτῶν εἰς πάντα τὰς ἐπισημασμένους αὐτὸν, πᾶς γὰρ ὅς ἐν ἐπισημασμένῳ τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται, i. e. idem*

D 3

Dominus,

*Dominus, dives in omnes invocantes ipsum; omnis enim, qui invocaverit nomen Domini salvabitur.*  
 Aliud exemplum: Inter puerum, servum, & justificandos, docente Paulo, intercedit similitudo, mediantibus communibus quibusdam prædicatis, *Gal. IV, 1. seqq.* ab ipso exhibitis: *ἀίγω δὲ, inquiεντε, ἐφ' ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, ἡδὲν διαφέρει δούλου, κύριος πάντων ὧν. Ἄλλὰ ὑπὸ ἐπιτρόπας ἐστὶ καὶ οἰκονόμος, ἀχρὶ τῆς προθεσμίας τῆ πατρὸς. Οὕτω καὶ ἡμεῖς, ὅτε ἡμεῖν νήπιοι, ὑπὸ τὰ σιχρῆα τῆ κόσμου ἡμεῖν δεδουλωμένοι, dico autem, quo tempore heres infans est, non differt a servo; licet Dominus omnium bonorum sit: sed sub tutoribus & curatoribus est usque ad præfinitum tempus patris. Sic etiam nos cum essemus infantes, sub elementis mundi eramus servituti traditi. &c.*

Atque hæc sunt quatuor illa inveniendorum argumentorum dialecticorum organa. Quorum primū, nempe *propositionum copia*, etiam syllogismorum generat copiam. Secundum, *distinctio homonymorum*, ad evidentiam & perspicuitatem, ad evitandas *λογομαχίας* & captiosas argumentationes plurimum facit. *Inventio differentiarum*, tertium organon, perutilis est ad extruendos tales syllogismos, quibus aliqua eadem vel diversa esse, probare volumus. Conducit etiam ad rerum essentiam recte cognoscendam, vel ad definitiones feliciter constituendas. Tandem quartum, *consideratio similium*, facit ad inductionem & syllogismum hypotheticum efficiendum.

\* 31. \*

§. IV.

Recensendi nunc ordine sunt loci a Dialecticis observati, e quibus desumunt præmissas, quibus vel ad refutandum vel ad confirmandum problema opus habent. Neque enim B. Apostolus disputaturus, locos illos neglexisse putandus est, ut potius inde, quoties e re fuerit auditorum, medios terminos hauserit, e quibus suas intulit conclusiones. Ut hoc brevissime commonstremus, placet paucas assertiones formare, easque ex Epistolis Apostoli confirmare. Primo vero loci problemata accidentis simplicis confirmantes adducendi sunt (a), quia nempe talia problemata sunt communissima, & latius extenduntur, quam reliqua omnia.

(a) Ex classe Definitionis usus fuit Apostolus locis sequentibus:

I. Quod affirmatur vel negatur de definitione affirmatur vel negatur de definito & contra. e.g. Probaturus Apostolus, Angelis non competere sessio-

\* ) 32. ( \*

re sessionem ad dextram DEI, prout ea phrasis denotat elevationem ad summam majestatem, utitur loco definitionis *Hebr. I, 14.* inquit: οὐχὶ πάντες οἱ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποσπλόμενα διὰ τῶν μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίας; *nonne omnes (angeli) sunt spiritus administratorii, ad ministerium emissi, ob eos, qui hereditaturi sunt salutem?* Jam patet, cum hac definitione pugnare sessionem ad dextram DEI, igitur & cum definito. Parili modo negativam probaturus conclusionem hanc: οὐκ ἐπαιχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τῷ Χριστῷ, *non est cur me pudeat Evangelii de JESU CHRISTO, Rom. 1, 16.* argumentum accersit e loco definitionis h. m. δύναμις γὰρ Θεὸς ἐστὶν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, *est enim (Evangelium) potentia DEI ad salutem omni credenti, &c.*

II. Quod non convenit definitioni subjecti, etiam non convenit subjecto.

e.g. Esto thesis refutanda: *Apostolus querit hominibus placere.* In qua refutatione ita procedere videmus nostrum Dialecticum; quod non convenit definitioni Apostoli (qui hic loci est subjectum) istud quoque ipsi Apostolo non conveniet. Servo CHRISTI vero, Evangelium prædicanti illud, quod accepit per revelationem JESU CHRISTI, plane non convenit vanam sectari gloriam, E. nec ipsi Apostolo conveniet, nec de ipso tale vitium affirmari poterit. Collectio Pauli *Galat. I, 10.* ita se habet: ἄρτι γὰρ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; εἰ γὰρ ἐστὶ ἀνθρώποις ἡρεσκόν, Χριστῷ δὲ ἄλλος σὺν ἡμῖν, i. e. *Adhuc enim quero homini-*

\* ) 33. ( \*

*hominibus placere? Si enim adhuc hominibus placerem,  
CHRISTI servus non essem. conf. seqq.*

Ex classe Divisionis, & quidem

I. *Subiecti*, quod a primis speciebus usque ad indi-  
vidua dividendum est, ut appareat, an prædi-  
catum omni competat, vel nulli; & tunc hi  
loci observandi:

I. Quod prædicatum nulli speciei inest, non  
potest tribui generi.

e. g. prædicatum hoc *χωρίζεν separare a dilectione  
DEI*, nulli speciei afflictionum inest, E. nec affli-  
ctioni ipsi: sic enim *Rom. VIII, 35.* τίς ἡμᾶς χωρίσει  
ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς,  
ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα, *quis nos se-  
parabit a dilectione CHRISTI? Anne afflictio? an  
angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an  
periculum? an machæra?* parili modo huic similem  
confirmat thesin v. 38. seqq. ubi a negatione spe-  
cierum omnium ad negationem generis ita argu-  
mentatur: Πείσμαι γὰρ, ὅτι ἔτι θάνατος, ἔτι ζωὴ, ἔτι  
ἄγγελοι, ἔτι ἀρχαὶ, ἔτι δυνάμεις, ἔτι ἐνεστώτα, ἔτι μέλλον-  
τα, ἔτι ὑψώματα, ἔτι βάθος, ἔτι τις κτίσις ἑτέρα δύνησεται  
ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τοῦ  
Κυρίου ἡμῶν, *persuasus sum enim, quod neque mors,  
neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque  
virtutes, neque presentia, neque futura, neque alti-  
tudo, neque profunditas, neque aliqua creatura alia pot-  
erit nos separare a dilectione DEI, quæ in CHRIS-  
TO JESU Domino nostro est.*

E

II. Quod

## II. Quod alicui speciei non inest, iterum falso tribuitur generi universali.

e. g. *1. Cor. II X, 7.* legimus: 'οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις. Τινὲς δὲ τῆ συνειδήσει τῶ εἰδώλῳ ἕως ἄρτι ὡς εἰδωλόθυτον ἐδίδοσαν, καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς ἕστα μολύνεται, *non in omnibus cognitio: sed quidam conscientia idoli usque nunc quasi idolothytum comedunt, & conscientia eorum, quæ infirma est, polluitur.* Cognitio, cum non sit in infirmis conscientia, non est in omnibus. Aliud exemplum: *2. Thess. III, 2.* est hoc: οὐ γὰρ πάντων ἡ πίστις, *non enim omnium est fides,* quia non est τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων, *propter vorum & malitiosorum.* Aliud problema invenimus, *Hebr. III, 18. 19.* nempe tale: Numne Israëlitæ omnes ingressi sunt εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτῶ, *ad requiem ejus,* nec ne? Respondet Paulus, diviso subjecto, nempe Israëlitis, in credulos & incredulos, quod non omnes fuerint ingressi: Nam βλέπομεν, *inquit, ὅτι οὐκ ἠδυνήθησαν εἰσελθεῖν δι' ἀπιστίαν, videmus, quod non potuerint ingredi propter incredulitatem. &c.*

### 2. *Prædicati:*

De quocunque genus dicitur, de eo speciem aliquam prædicari posse necesse est. Ex hoc loco profuebat innocentia Paulinæ præsidium *Act. XXV, 8.* Judæi enim cum multa & gravia crimina adversus Paulum adferrent, ipse se excusat in hunc modum: ἕτερος εἰς τὸν νόμον τῶν Ἰουδαίων, ἕτερος εἰς τὸ ἱερόν, ἕτερος εἰς Καίσαρα ἢ ἡμᾶς, *neque contra legem Judæorum,*

deorum, neque contra templum, neque contra Cæsarem peccavi quippiam.

Ex classe Generis.

Ex Genere universaliter subiecto ad speciem argumentamur universaliter. Unicum exemplum sufficiat, desumptum ex 2. Cor. VII, 14. ὡς πάντα ὡς ἀληθεία ἐλαλήσαμεν ὑμῖν, ἕτω καὶ ἡ καύχησις ἡμῶν ἢ ἐπὶ Τίτῳ, ἀλήθεια ἐγενήθη, sicut omnia in veritate locuti sumus vobis, sic etiam gloriatio nostra, ad Titum facta, veritas fuit.

Ex classe adjunctorum, antecedentium & consequentium fluunt sequentes Loci:

I. Cui competit adjunctum, eidem etiam competit subiectum.

e.g. ut Paulus probet, CHRISTVM JESVM esse ἀνάγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως Θεῶν, splendorem gloriae ὡς imaginem hypostaseos DEI, i. e. esse verum DEVM; inter alia documenta & hoc affert, quod CHRISTO competant divina attributa v. g. majestas divina, cultus adorationis &c. consule caput I. ad Hebræos.

II. Posito subiecto ponitur adjunctum.

e.g. posito filio, ponitur hæreditas, uti videre est, Gal. IV, 7. εἰ δὲ υἱός, καὶ κληρονόμος Θεῶν διὰ Χριστοῦ, si autem filius, etiam hæres DEI per CHRISTVM.

III. Posito antecedente ponitur consequens.

e.g. Rom. XIII, 3. τὸ ἀγαθὸν ποιεῖ καὶ ἕξεις ἑπαινοὺς ἐξ αὐτῆς,

\*36.\*

τῆς, *bonum fac, tunc habebis laudem ex ipsa. 2. Cor. I, 6. 7.* ἡ ἐλπίς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν. Εἰδότις, ὅτι ὡσπερ κοινωνοὶ ἐστέ τῶν παθημάτων, ἔτω καὶ τῆς παρακλήσεως, *spes nostra firma est de vobis: quia scimus, quod quemadmodum participes estis passionum, sic etiam consolationis. 2. Tim. IV, 7. 8.* τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον πετέλεκα, τὴν πίσιν τετήρηκα. λοιπὸν, ἀπόκειται μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὁ δίκαιος κριτής. Ὅχι μόνον δὲ ἐμοὶ &c. h. e. *certamen bonum certavi, cursum absolvi, fidem servavi: Quod reliquum: reposita est mihi corona justitiæ, quam dabit mihi Dominus in illa die, justus iudex; non tantum autem mihi, sed etiam omnibus &c. Gal. III, 26.* Πάντες γὰρ υἱοὶ Θεοῦ ἐστέ διὰ τῆς πίστεως ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. *Omnes enim filii DEI estis, eò quod credidistis in CHRISTVM JESVM.*

#### IV. Posito consequente ponitur antecedens.

e. g. *1. Cor. II, 3.* Εἰ δὲ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεόν, ἔστος ἔγνωσται ὑπὸ αὐτοῦ. *Sed si quis amat DEVM, hic cognitus est ab ipso, 1. Cor. II, 8.* Ἦν ἔδειξεν τῶν δεχόντων τὴν αἰῶνος τέχνην ἔγνωκεν. Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, ὅτι ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσαύρωσαν, *quam (sapientiam) nemo principum seculi hujus cognovit. Si enim cognovissent, Dominum gloriae non crucifixissent.*

#### V. Negato antecedente negatur consequens.

e. g. *Rom. XIII, 3.* Θίλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν; τὸ ἀγαθὸν ποιεῖ, *vis autem non timere (scilicet serviliter) potestatem? bonum fac.* Confer antecedentia & apparet, phrasi: *bonum facere*, hic negari antecedens.

A Com-



\*37.\*

## A Comparativo ad positivum.

Quod magis dicitur, id etiā simpliciter dicitur.

Accersimus huc locum, 1. Cor. VII, v. 9. κρείσσον γάρ  
ἐστι γαμήσαι ἢ πυρῶσαι. *melius est matrimonium con-*  
*trahere quam uri.* Ergo simpliciter bonum est, &  
qui istud contrahit ἔχ ἀμαρτάνει, non peccat; v. 36. c. l.

Ex classe contrariorum.

### I. Contrariorum contraria sunt attributa & con- sequentia.

e. g. Gal. V, 19. φανερά δέ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκός, ἀπνία ἐστὶ,  
μοιχεία, πρεια, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια, εἰδωλολατρεία,  
φαρμακεία, ἔχθραι, ἔρεις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐριθείαι, διχοσα-  
σίαι, αἰρέσεις, φθόνοι, φόνοι, μέθαι, κῶμοι, καὶ τὰ ὅμοια  
τύποις. Ὁ δὲ καρπὸς τῆς πνεύματος ἐστὶν, ἀγάπη, χαρὰ, εἰρή-  
νη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις, πραΰτης, ἐγ-  
κράτεια. καὶ τοιούτων οὐκ ἐστὶ νόμος. *manifesta vero sunt*  
*opera carnis: quæ sunt adulterium, scortatio, im-*  
*munditia, protervia, idololatria, magia, inimicitia,*  
*contentiones, zeli, iræ, rixæ, dissensiones, hæreses,*  
*invidia, cædes, ebrietates, comestiones & similia*  
*bis.* Contra fructus Spiritus est, dilectio, gaudium,  
pax, longanimitas, benignitas, beneficentia, fides,  
mansuetudo, temperantia, contra talia non est lex.  
Aliud exemplum extat Rom. II, 6. Ὅς ἀποδώσει ἑκάστῳ  
κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. τοῖς μὲν κατὰ ὑπομονὴν ἔργα ἀγαθῶν, δόξαν  
καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητήσιν, ζωὴν αἰώνιον. τοῖς δὲ ἐξ ἐρι-  
θείας, καὶ ἀπειθεῖσιν μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδι-  
κίᾳ, θυμὸς καὶ ὀργή, θλίψις καὶ στενοχωρία ὅτι πᾶσαν ψυχὴν  
αἰθερώπην τῆς κατεργαζομένης τὸ κακὸν &c. *qui reddet uni-*

E 3

cuique

cuique secundum opera ipsius. *Iis quidem, qui in perseverantia boni operis, gloriam & honorem, & incorruptibilitatem quærunt; vitam æternam. Iis vero, qui ex contentione sunt, & qui non credunt quidem veritati, obediunt autem injustitiæ, indignatio erit & ira: Nam afflictio & angustia super omnem animam hominis operantis malum. Rom. V, 19.* ὡς περ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς ἑ ἑνὸς ἀνθρώπου, ἁμαρτωλοὶ καταστῆσαν οἱ πολλοί, ἕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς ἑ ἑνὸς δικαιοὶ καταστήσονται οἱ πολλοί, quemadmodum enim per inobedientiam unius hominis peccatores sunt constituti multi: Ita etiam per obedientiam unius iusti constituentur multi. Gal. VI, 8. ὁ σείρων εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν. ὁ δὲ σείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον, qui seminat super carnem suam, ex carne metet perditionem: qui autem seminat super spiritum, ex spiritu metet vitam æternam.

## II. Eidem subjecto contraria attributa non conveniunt.

e. g. 1. Cor. X, 21. οὐ δύνασθε ποτήριον κυρίου πίνειν, καὶ ποτήριον δαιμονίων. ἢ δύνασθε τραπέζης κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων, non potestis poculum Domini bibere, & poculum demoniorum: non potestis mensæ Domini participes fieri, & mensæ demoniorum. 2. Cor. VI, 14. 15. 16. Μὴ γίνεσθε ἐπερρυγῆντις ἀπίστοις. τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνης καὶ ἀνομίας; τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαλ; ἢ τίς μέρος πιστῶ μετὰ ἀπίστον; τίς δὲ συγκατάθεσις ναῶ θεοῦ μετὰ εἰδώλων; *Ne sitis alienum jugum trabentes cum infidelibus: quæ enim participatio ju-*

*tio iustitiae & iniustitiae: Quae vero co[m]munitio luci cum tenebris? Quae concordia CHRISTO ad Belialem? aut quae pars fideli cum infideli? Quae vero contentio templo DEI cum idolis, Gal. V, 16. 17. seqq. λέγω δὲ, πνεύματι περιπατεῖτε, καὶ ἐπιθυμίας σαρκὸς ἢ μὴ τελήσητε. Ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τὸ πνεῦμα καὶ τῆς σαρκὸς. Ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ἂν θέλῃτε, ταῦτα ποιῆτε. &c. Dico autem, Spiritu ambulate, tum concupiscentiam carnis neutiquam perficietis. Nam caro concupiscit contra Spiritum: Sed Spiritus contra carnem. Haec autem adversantur in vicem, ut non quae vultis, ea faciatis &c.*

III. Contraria eidem subiecto, non quidem simul, attamen successive inesse possunt.

*e. g. Galat. I, 23. Ὁ διώκων ἡμᾶς ποτε, νῦν εὐαγγελίζεται τὴν πίστιν, ἣν ποτε ἐπίρθει. Qui persequebatur nos olim, nunc evangelizat fidem, quam olim vastabat. Coloss. I, 21. seqq. Καὶ ὑμᾶς ποτε ὄντας ἀπηλλοτριωμένους καὶ ἐχθρὰς τῇ διαβολεῖ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς, νῦν δὲ ἀποκατήλαξεν, ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ θανάτου. &c. Et vos qui quondam ab alienati eratis, & hostes mente in operibus malis: Nunc tamen reconciliavit, in corpore carnis suae per mortem &c. conf. Tit. III, 3 seqq. Potest quoque locus certo respectu applicari in privativis. Exempla vide Rom. VI, 20. Eph. II, 5. cap. V, 8. &c.*

IV. Quod potest vel non potest recipere unum ex contrariis, illud quoque potest vel non potest recipere alterum.

Optan-

\* ) 40. ( \*

Optandum esset, ut quilibet sibi hunc locum dictum putaret : una cum Pauli exemplo huc spectante, *1. Cor. X, 12.* ὁ δοκῶν ἐστῆναι, βλέπων μὴ πέσῃ : *Qui sibi videtur stare, videat ne cadat.*

Ex classe privantium,

I. Privantia privantium sunt consequentia.

e.g. *Rom. XIII, 12.* Ἡ νύξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν, ἀποθώμεθα ἐν ταῖς ἔργα τῆς σκοτίας, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὄπλα τῆς φωτός &c. *nox transit, dies autem appropinquavit. Deponamus ergo opera tenebrarum & induamus arma lucis, & Rom. VI, 12. 13.* Μὴ ἐν βασιλεύτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῆς. Μηδὲ παραστήτετε τὰ μέλη ὑμῶν ὄπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας, καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὄπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ, *ne igitur regnato peccatum in mortuo vestro corpore, ut obediat illi in concupiscentiis illius, neque sistite membra vestra instrumenta injustitiae peccati: Sed sistite vos ipsos DEO, tanquam ex mortuis viventes, & membra vestra instrumenta justitiae DEO.*

II. Cui competit unum ex privative oppositis, ei non competit alterum.

e.g. *Rom. VI, 2.* quærit Apostolus : οἵτινες ἀποθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ; *Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in peccato? i.e. non possumus vivere DEO & nondum mortui esse peccato.* Aliud exemplum est, *2. Cor. VI, 14.* τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκοτία, *quæ communicio luci cum tenebris.*

IIX. Ex

Ex classe relatorum.

I. Relatorum relata sunt consequentia.

II. Relatorum unum respicit alterum.

e. g. *1. Cor. VII, 10.* γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρός μὴ χωρῆσθῆναι *vers. 11.*  
καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφίεναι. *Uxor a viro ne separetur.*  
*Et maritus uxorem ne dimittat. Ephes. V, 22. 25.* αἱ  
γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ὑποτάσασθε, ὡς τῷ κυρίῳ. οἱ ἄν-  
δρες ἀγαπάτε τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν. *Uxores propriis vi-*  
*ris subditæ sitis, veluti Domino: Viri diligite uxo-*  
*res vestras, & Cap. VI, 1. 4.* τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς  
γονεῦσιν ὑμῶν ἐν κυρίῳ, καὶ οἱ πατέρες, μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα  
ὑμῶν &c. *Liberi obedite parentibus vestris in Domi-*  
*no: Et Patres, ne provocate ad iram liberos vestros,*  
*conf. v. 5. 9. Coloss. III, 18. 22.*

III. Posito uno relatorum ponitur & alterum,  
sublato uno tollitur alterum.

e. g. *Rom. VII, 2.* Ἡ γὰρ ὑπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δεδε-  
ται νόμῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου ἡ  
ἀνδρός. *Quæ namque sub viro est mulier, vivente vi-*  
*ro obligata est lege: quod si moriatur vir, absoluta*  
*est a lege viri. vid. 1. Cor. VII, 39.*

Ex Classe comparatorum.

I. Quod valet in re simili, valet etiam in omni-  
bus similibus, & quod non valet &c.

e. g. *1. Cor. XII, 12. - 27.* Comparatur CHRISTVS  
cum corpore humano, fideles cum membris cor-  
poris humani. *Hebr. V, 1. seqq.* comparatur cum

F

Ponti-

\* ) 42. ( \* )

Pontifice Typico, cujus requisita sunt. (1) *Satisfactio* pro populo & se ipso v. 1. (2) *Compassio* v. 2. (3) *Divina vocatio*. v. 3. Hinc in CHRISTO Domino quoque erunt (1) *Vocatio*. v. 5. 6. (2) *Satisfactio*. v. 7. 9 (3) *Compassio*. v. 8. 10. Sic status peccatoris cum servitute confertur. *Rom. VI, 16*. Peccato enim dicit obedire illos, qui data opera peccantes ipsi quasi collū submittunt, ejusque dominium agnoscunt. Alia similitudine ostendit Paulus, scandalum incestuosi hominis esse ex Ecclesia removendum, quia istud sit tanquam vetus fermentum totam massam inficiens. *1. Cor. V, 6*. Huc pertinent loci *Gal. IV, 23. c. V, 9. Eph. V, 23. 24. Rom. XI, 16. seqq. &c.*

## II. Dissimilium dissimilis est ratio.

Quare ἔχως τὸ παράπτωμα, ἔτω καὶ τὸ χάρισμα. Εἰ τῶ ἔ  
ένος ᾧ ἀπώμαλι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῶ μάλλον ἢ χάρις ἔ  
Θεῶ καὶ ἡ δωρεὰ ὅν χάριτι τῆ ἔ ένος ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς  
τὸς πολλὰς ἐπερέσσει. *Non peccatum sic etiam donum.*  
*Si enim unius peccato multi mortui sunt: multo ma-*  
*gis gratia DEI & donum in gratia unius Hominis JE-*  
*SU CHRISTI in multos superabundavit &c. Rom.*  
*V, 15. conf. seqq.*

Ex Classe: A majore & minore, vel comparatis imparibus.

Ad quem locum sequentes partes refert Hedio:

I. Si accidens insit subjecto, intensiōnem subje-  
cti sequitur intensio accidentis.

vel

Si

Si prædicati positivus inest subjecti positivo, etiam prædicati comparativus & superlativus inerit subjecti comparativo & superlativo.

e.g. Paulus multoties inculcat, peccatoribus, serio de commissis peccatis dolentibus, præsto esse gratiam DEI; Jam cum hoc certum sit, certa est illa Pauli consecutio: *quo magis peccator scelerum suorum dolore æstuat, eo abundantius deinde divinæ gratiæ percipit refrigerium.* Id quod vult Paulus Rom. V, 20. 21. ἡ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. "Ina ὡσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ, ἔ-τω καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν: *Vbi vero exuberavit peccatum, ibi magis exuberavit gratia: Vt, sicut regnavit peccatum per mortem, ita etiam gratia regnet per justitiam in vitam æternam per JESVM CHRIVM Dominum nostrum.* Perinde se habet in statu afflictionis, in quo Pii quicunq; solatium DEI vel tandem aliquando persentiscunt. Recte enim Paulus 2. Cor. I, 3. seqq. ὁ πατὴρ τῶν οὐρανῶν καὶ θεὸς πάσης παρακλήσεως ὁ παρακαλῶν ὑμᾶς ἐπὶ πᾶσι τῇ θλίψει ἡμῶν, i. e. *Pater misericordiarum, & DEVS omnis consolationis. Qui consolatur nos in omni afflictione nostra.* Quod cum ita sit, consequitur hoc quoque, quo magis ingravescit afflictionum onus, quo magis premuntur Pii, & tantum non supprimuntur, eo profecto sublevatio divina & consolatio ipsis contingit gratior ac exoptatior, id enim docet Paulus



ε. ι. ν. ς. καθὼς περισσέυει τὰ παθήματα ἔχεις εἰς ἡμᾶς,  
 ἔτω διὰ χειρῶν περισσέυει καὶ ἡ παρφόκλησις ἡμῶν. *Quoni-*  
*am quemadmodum abundant passiones CHRISTI in*  
*nos : Sic per CHRISTVM abundat etiam consola-*  
*tio nostra.* Addamus & hoc : O. peccato consti-  
 turam esse maledictionem & pœnam docet ex *Deu-*  
*teron.* Paulus *Gal. III, 10.* Ἐπικατάρατος πᾶς, ὃς ἐκ ἐμ-  
 μένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ ἔ νόμος, ἔ ποιῆ-  
 σαι αὐτά. *Execrabilis omnis, qui non manserit in o-*  
*mnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.* Si-  
 cuti autem sunt gradus peccatorum, ita & sunt gra-  
 dus pœnarum, & quisquis pluribus aut magis ab-  
 ominandis peccatis sese contaminaverit, idem ve-  
 hementioribus ictibus cædetur, quod innuit Pau-  
 lus *Hebr. X, 28. 29.* Ἀφστήσας τις νόμον Μωσέως, χωρὶς  
 δικτημῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει, πίσω δοκεῖτο  
 χείρονος ἀξιοθῆσεται ἡμιωρίας, ὁ τὸν Ἰσθμὸν ἔ θεῶν καταπατή-  
 σας, καὶ τὸ αἷμα τῆς ἀγαθῆς κοινὸν ἠγασάμενος, ἐν ᾧ ἠγά-  
 θη, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας; i. e. *Irritam fa-*  
*ciens quis legem Moysis, sine miserationibus sub duobus*  
*aut tribus testibus moritur : Quanto putatis peiores*  
*dignus erit pœna, conculcans Filium DEI, ἔ san-*  
*guinem fœderis communem existimans, per quem san-*  
*ctificatus est, ἔ spiritum gratiæ blasphemans.*

II. Si, cui magis videtur inesse, non insit acci-  
 dens, nec cui minus inesse videtur, inerit.

Concluditur in hoc loco a *majori ad minus* sed negati-  
 ve, hoc modo : Si cui prædicatum quoddam magis  
 probabiliter tribuendam esse videbatur, & tamen

illi



illi non competit multo minus idem prædicatum  
 competit isti, cui magis probabiliter tribui posse  
 videbatur. Ita cordatus Paulus arguit: mors ma-  
 gis me videtur a proposito itinere detinere posse,  
 quam vincula; at ne mors quidem ipsa me deterret,  
 multo minus igitur vincula. Ita enim *Act. XXI,*  
*13.* τί ποιεῖτε, κλαίοντες, καὶ συνδρῦπλοντές με τὴν καρδίαν;  
 Ἐγὼ γὰρ οὐ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀποθηνεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐ-  
 τσίμως ἔχω ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου Ἰησοῦ. *Quid facitis*  
*dum fletis, & conteritis cor meum: Ego enim non mo-*  
*do ligari, sed etiam mori in Hierosolyma paratum ha-*  
*beo super Nomine Domini JESU.* Aliud exemplum  
 habetur. *Rom. XI, 21.* εἰ ὁ θεὸς τῶν κλάδων  
 σὺν ἐφείσατο, μήπως ἐδὲ σὺ φείσεται. *Si DEVS natura-*  
*libus ramis non pepercit, ne forte etiam tibi non par-*  
*cat.* Cujus sensus huc redit. Probabilius est DEVM  
 parcere populo a multis seculis sibi in peculium e-  
 lecto, illique si quæ peccaverint, condonare, mi-  
 nus probabile, DEVM indulgere populo noviter  
 ascititio. At DEVS non pepercit populo sui pe-  
 culii, ergo multo minus parcat ascititio. *Gal. III,*  
*15.* eodem argumentandi genere utitur in hunc  
 modum: Ὁμοίως ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην εἰδὲς ἀθετεῖ  
 ἢ ἐπιδιαλάσεται. & vers 17. τὸ τοῦτο δὲ λέγω, διαθήκην προκε-  
 κυρωμένην ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς χεῖρας. Hominis tamen testamē-  
 tum ratificatum nemo abrogat aut superaddit. Hoc  
 vero dico; *Testamentum ratificatum a DEO in CHRIS-*  
*TO.* *1. Timoth III, 5.* habetur hoc: εἰ δὲ τις ἰδίας  
 οἴκου προσηύχεται σὺν εἰδὲ, πῶς ἐκκλησίας θεοῦ ἐπιμελήσεται; *Si quis*  
*vero propriae domui præesse non scit, quomodo Ecclesiam*  
*DEI curabit?* Unicum addemus *Hebr. XII, 25.*

Εἰ ἐκεῖνοι σὸκ ἔφυγον, τὸν ὄπτι τῆς γῆς παραιτησώμενοι χεῖ-  
μαλίζοντα· πολλῶ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ τὸν ἀπ' ἑρηνῶν ἀπεσφύ-  
μενοι. *Si illi non effugerunt, recusantes eum, qui super  
terra oracula edebat: multo magis nos, Eum qui de  
caelis, a-versantes: seqq.*

II. Si cui minus videtur inesse, in fit accidens,  
etiam illi inerit, cui magis videtur inesse.

Ad hanc normam argumentatur Paulus Rom. V, 10.

Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τῆς θανάτου τῆς  
ἡμῶν αὐτῶν· πολλῶ μᾶλλον καταλλαγέμεθα ἐν τῇ ζωῇ  
αὐτῶν. *Si enim cum essemus hostes reconciliati sumus*

*DEO per mortem Filii ipsius: multo magis reconcilia-  
ti salvabimur in vita Ejus. conf. v. 6. 7. 8. 9. Cap.*

*VIII, 32. "Ὅσως ἔϊθις ἡμῶν σὸκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπερ ἡμῶν  
πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς ἐχθὴ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡ-*

*μῶν χαρίσεται; Qui ἑ proprio Filio non pepercit, sed pro  
nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum*

*ipso omnia nobis gratificabitur? 2. Cor. XI, 14. 15.*

Confirmat dari Pseudapostolos transformantes se-  
se in Apostolos CHRISTI, Hinc dicit: καὶ ὁ θου-

μασόν. αὐτὸς γὰρ ὁ σατανᾶς μεταχηματίζεται εἰς ἄγγελον φω-  
τός. Ὅυ μέγα ἔν ἐί καὶ οἱ Διάκονοι αὐτῶ μεταχηματίζονται ὡς

Διάκονοι δικαιοσύνης. *Neque mirum est: ipse enim Sata-  
nas transformat se in Angelum lucis. Non magnum*

*itaque est, si etiam ministri illius se transformant,  
quasi essent ministri Justitiae. conf. Hebr. IX, 13. 14.*

A pari.

Si quid duobus pari modo conveniat, & uni  
revera

\*47.\*

revera non conveniat, nec alteri compe-  
tet, si vero uni, etiam alteri competet.

e.g. CHRISTO & Fidelibus, corpori quippe & mem-  
bris, vel viti & palmitibus *Job. XV, 5.* pari modo  
convenit, resurrectio a morte, si ergo fidelibus non  
competet, neque ipsi CHRISTO conveniet, dicen-  
te Paulo *1. Cor. XV, 13.* *Εἰ δὲ νεκροὶ σὰρ ἐγείρονται, ἔδὲ  
χειρὸς ἐγήγερται. Quod si resurrectio mortuorum non est,  
neque CHRISTVS resuscitatus est.* Alia exempla vi-  
de: *1. Cor. IX, 4. 13. 14.*

Ab ortu & interitu ex causis item generantibus  
& corrumpentibus.

I. Quarum rerum ortus est bonus, eæ res sunt  
bonæ & contra.

e.g. Magistratus bonus est, quia ortum ducit a DEO.  
*Rom. XIII, 1.* Cæna Dominica sancte & pie est co-  
lenda. *Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα  
ὑμῖν, ὅτι ὁ κύριος ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ ἣ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρ-  
τον. &c. Ego enim accepi a Domino, quod etiam tra-  
didi vobis, quod Dominus JESVS, in ea nocte, qua  
traditus est sumserit panem. dicit Paulus *1. Cor. XI,  
23.* Evangelii dignitatem declarat ex eodem fun-  
damento *Gal. I, 12.* *οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέ-  
λαβον αὐτὸ, ἕτε ἐδιδάχθην, ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ χρι-  
στοῦ. Non enim ego ab homine accepi illud, (Evange-  
lium) neque edoctus sum, sed per revelationem JESV  
CHRISTI.**

II. Cujus

\* ) 48. ( \*

II. Cujus interitus malus est, id ipsum bonum est, & contra cujus interitus bonus est, id ipsum malum est.

e. g. Malo prædicationis Evangelii interitu bonitatem prodit Apostolus *1. Cor. IX. 16* οὐαὶ δὲ μοι ἐστίν, εἰὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι. *Væ autem mihi est, nisi evangelizem.*

A notatione.

I. Cui competit notatio ei competit & notatum.

e. g. *Hebr. VII. v. 2.* inquit notationem nominis רַגַל—יְכִיָּהוּ dicens : πρῶτον μὲν ἐρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς Σαλήμ, ὃ ἐστὶ βασιλεὺς εἰρήνης. *Qui primo quidem est, si interpreteris, Rex justitiæ, deinde vero etiam Rex Salem, quod est Rex pacis. Rom. IV, 16.* Nominis Patriarchæ אַבְרָהָם significationem ita exprimit. Ἀβραάμ, ὃς ἐστὶ πατὴρ πάντων ἡμῶν. *Abraam qui est Pater omnium nostrum.*

II. Cui nomen competit, ei non statim competit res nominis. Vel: A dici ad esse non valet consequentia.

Et ex hoc loco quoque duxit argumenta Apostolus, speciatim *Rom. IX, 6.* ubi ait: οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ἔσται Ἰσραὴλ. *Non enim omnes, qui ex Israël sunt, hi sunt Israël.* Hoc est, non omnes secundum carnem ex *Israële* Patre nati, sunt veri *Israëlitæ*, eo scilicet modo, quo *Natbanaël* dicitur verus *Israëlitæ*. *Job. I. v. 48.* Quia nempe promissiones de æterna

æterna salute factæ non pertinent ad filios carna-  
 les, qui nihil nisi nobilitatem generis ab Abraha-  
 mo descendente jactitant, sed ad filios spiritua-  
 les, qui fidem ejus imitantur, sive e gentibus illi,  
 sint, sive e Judæis. vid. *B. Georg. Calixt. Exposit.*  
*Literal. ad l. 5. A. E. 1. Cor. VIII, 5. 6.* Εἶπερ εἰσι λε-  
 γόμενοι θεοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς ὡσπερ εἰσὶ θεοὶ  
 πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοί. ἀλλ' ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατήρ, ἐξ  
 ᾧ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν. *Etiamsi enim sunt qui di-*  
*cuntur dii, sive in caelo sive super terra: Sicut sunt*  
*dii multi & Domini multi: Nobis tamen unus (tan-*  
*tum verus) DEVS est, Pater, ex quo omnia, & nos*  
*in Ipsum.*

**A** testimoniis.

Dicitur alias testimonium inartificiale & externum  
 argumentum, quia nempe extrinsecus assumitur  
 ad faciendam fidem. Dividitur in *divinum*, quod  
 DEUM auctorem habet, quodque sine ulla dubita-  
 tione & exceptione fidem meretur; idque pro-  
 pter auctorem DEUM, quem nec falli, nec fallere  
 posse, claret; & *humanum*, quod hominem aucto-  
 rem habet: De hoc distincte dicendum est. Testi-  
 monium humanum spectatur, vel quatenus pure a ra-  
 tione dependet, vel quatenus cum Scriptura sacra  
 concordat. Priori modo in rebus sacris nullam plane  
 vim probandi habet: non enim ratio, sed revelatio  
 est principium Theologiæ. Posteriori modo habet  
 aliquam vim, sed secundariam. Porro testimoni-  
 um humanum est vel de mysterio fidei, vel de hi-  
 storia. De mysterio fidei quatenus autoritas humana

G

reci-



\* ) 50. ( \*

recipienda sit, modo diximus. De historia Sacra in aprico est testimonia humana posse assumi: de incunabulis enim & subsequente ætate Ecclesiæ ii optime testabuntur, qui tum vixere. In Pauli scriptis non tantum *divina* sed & *humana* invenimus testimonia. Prima quod attinet, inficias equidem eundem haud est, omnia, quæ per Ipsum sunt scripta, esse auctoritatis divinæ, habentur tamen stricte sic dicta testimonia in Epistolis Pauli, quando nempe provocat e.g. ad *Mosis Pentateuchum*, ad *Prophetiam Jesaiæ, Jeremiæ, Davidis &c.* ad *Evangelium Matthæi, Marci &c.* vid. supra *Sect. IV. §. III. (b)* *Humana* citavit testimonia e.g. ad adstruendam historiam resurrectionis CHRISTI citat Paulus integrum catalogum testium, qui CHRISTUM post resurrectionem suis oculis viderint. *I. Cor. XV, 5. 6. 7. 8.* Nec minus adduxisse testimonia dicitur ex *Arato Act. XVII, 28.* *Menandro I. Cor. XV, 33.* *Epimenide Tit. I, 2,* vid. supra l. c. Tantum de locis problematum Accidentis ejus, quod vulgo simplex vocari solet.

§. V.

Sequuntur jam ordine loci, problemata accidentis comparati confirmantes vel destruentes, qui ordine sunt sequentes.

Ex Classe Definitionis.

Quod magis suscipit rei propositæ definitionem, id magis tale est.

e. g.

e. g. Quando Paulus Hæbræis perſvadet, magnum eſſe  
 CHRISTUM Pontificem διεληλυθότα τὰς ἑρανεὺς, Hebr.  
 IV. 14. & hinc majorem V. T. Pontifice, describit  
 c. V. v. 1. 2. Pontificem: quatenus eſt ἐξ ἀνθρώπων  
 λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίςαται τὰ πρὸς τὸν Θεόν,  
 ἵνα προσφέρῃ δῶρά τε ἢ θυσιάς ὑπὲρ ἀμαρτιῶν. Μετριοπαθεῖν δυ-  
 νάμενος τοῖς ἀγνοῦσι καὶ πλανωμένοις. ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περιέκει-  
 ται ἀδένεια. *Is qui ex hominibus vocatur pro homini-  
 bus constituitur, quoad ea, quæ ad DEUM perti-  
 nent, ut offerat munia & sacrificia pro peccatis. Qui  
 & compati possit ignorantibus & errantibus: quando-  
 quidem & ipse circumdatus est infirmitate.* Eo magis  
 talis ergo erit CHRISTUS, quo magis suscipit Pon-  
 tificis definitionem. Id quod explicat v. 5. seqq.  
 Nempe: CHRISTUS etiam est vocatus, sed ab ipso  
 DEO, qui illi dixerat: Filius meus es Tu, ego ho-  
 die genui Te, & alibi: Tu es sacerdos in æternum  
 secundum ordinem Melchisedeci, &c. vid. seqq.  
 conf. præced. §. IV. Class. IX. can. 1.

Ab iis quæ sunt propter se, simpliciter & na-  
 tura talia.

I. Quæ sunt propter se, præstant iis, quæ sunt  
 propter aliud.

e. g. Præstat Muliere Vir, οὐ γὰρ ἐστὶν ἀνὴρ ἐκ γυναικὸς, ἀλλὰ  
 γυνὴ ἐξ ἀνδρός, καὶ γὰρ οὐκ ἐκτίθη ἀνὴρ διὰ τὴν γυναῖκα, ἀλ-  
 λά γυνὴ διὰ τὸν ἄνδρα. i. e. *Non enim vir ex muliere  
 est, sed mulier ex viro; Nam etiam non creatus est vir  
 propter mulierem, sed mulier propter virum.* I. Cor.  
 XI, 9.

G 2

II. Quod

II. Quod simpliciter, hoc est, universe bonum est, melius est eo, quod alicui bonum est.

e. g. Præstat corporali exercitatione Pietas: Ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος ἡ δὲ εὐσεβεία πρὸς πάντα ὠφέλιμος ἐστὶν. *Corporalis enim exercitatio paululum habet utilitatis: at pietas ad omnia utilis est.* (i. e. simpliciter & universe bona.) *1. Tim. IV, 8.*

III. Quæ natura sunt talia, anteponuntur iis, quæ sunt acquisita.

Reiectos Judæos in gratiam redire posse, docet Paulus, ostendendo eorum præ gentilibus præstantiam, quando ait: Εἰ γὰρ σὺ ἐκ τῆς κτ' φύσιν ἐξεκόπησ ἀγριελαίῳ, καὶ παρὰ φύσιν ἐνεκεντρίωθης εἰς καλλιέλαμον, πόσω μάλλον ἔτοι οἱ κτ' φύσιν, ἐγκεντριώθησονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ; *Si enim tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oleam; multo magis hi, qui secundum naturam sunt, inserentur propriæ oleæ?* *Rom. XI, 24.*

Ex Classe Differentiæ.

I. Necessaria non necessariis meliora sunt.

Paulus desiderans dissolvi, & tamen etiam vivere in carne, tandem erumpit: τί ἀρῆσομαι, εἰ γνωρίζω: *Quid eligam, ignoro.* Redeunte vero animo, tamen ob ecclesiam adhuc plantandam melius esse agnoscebat vivere in carne, quam dissolvi, etsi hoc simpliciter bonum & per se longe melius esset, quod ita probat: τὸ δὲ ἐπιμένειν ἐν τῇ σαρκὶ, ἀναγκασιώτερον δι' ὑμᾶς. *Manere vero in carne, magis necessarium propter vos.* vide *Philip. I, 24. seqq.*

II. Cujus



II. Cujus abundantia aut præstantia melior est alterius cujusdam abundantia aut præstantia, id ipsum simpliciter quoq; altero melius erit.

e. g. Præstat CHRISTUS Dominus, etiam secundum humanam naturam, Angelis : Nam, *ποσῶτα κρείττω γενόμενος τῶν Ἀγγέλων, ὅσω Διοφορώτερον παρ' αὐτῶν κεκληρονομήκεν ὄνομα.* Tanto præstantior factus Angelis, quanto excellentius præ illis sortitus est nomen. Hebr. I, 4. & c. III, 3. comparatur CHRISTVS cum Mose in hunc modum : *πλείονος γὰρ δόξης ἔτις παρὰ Μωσῆν ἡξιώται, καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει ἢ οἶκος ὁ κατασκευάσας αὐτὸν.* Tanto enim majore hic præ Mose gloria dignus habitus est, quanto majorem honorem habet, quia *domus, is qui præparavit illam.*

III. Difficiliora & laboriosa præstant iis, quæ facile contingunt & nimis obvia sunt.

Ex hoc loco Præstat majorem, idq; merito, sibi gloriam arrogat quam falsi doctores, cum nempe laboriosus magis fuerit : 2. Cor. XI, 23. *ὑπὲρ ἐγὼ ἐν κίπτοις περισοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλίντως, ἐν φυλακαῖς περισοτέρως, ἐν θανάτοις πολλαῖς.* & c. Excellentius ego : In laboribus frequentius, in plagis superabundanter, in custodiis frequentius, in mortibus, sæpius, &c.

IV. Omnia jucunda, facilia, & minus molestiæ habentia, præstant iis quæ his contraria :

e. g. 2. Cor. V, 4. dicit Apostolus : *ὃ θελομεν ἐκδύσασθαι,*

\*) 54. (\*

αἰδ' ἐπὶ δούσῳ θαι. *Nolumus exui, sed superindui*: Præstat enim hoc isto. Hoc enim modo æternæ vitæ immortalitas corporum mortalitatem uno quasi haustu absque ullo sensu doloris absorbet. Ista vero corporis destructio, & separatio animæ a corpore, mortem naturaliter facit formidabilem & dolorosam. *vid. Balduin. Comment. ad hunc locum.*

V. Propria præstant alienis.

e. g. *Hebr. IX, v. 12.* comparat Paulus cum Pontifice V. T. CHRISTUM Summum N. T. Pontificem, & cum prior δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, *per sanguinem hircorum ac vitulorum* ( ideoq; non tantum pluribus communem sed & a suo alienum ) ingressus fuerit; hic vero Servator noster διὰ τῆς ἰδίας αἵματος per proprium sanguinem; hujus ingressus eo excellentior erit æstimandus, quo magis propria præstant diversis.

Ex classe effectorum.

I. Quodcunque bonum ita comparatum est, ut cum illud habeamus, ceteris non ὄφρα sit, illud est præstantius eo, cujus possessio sufficientiam illam nondum efficit.

e. g. Sacrificia legis sunt infirmiora quam promissa peccatorum atque iniquitatum remissio: Nam ὄφρα ἀφεσις ἁμαρτιῶν καὶ τῶν ἀνομιῶν, ὅσα ἐπὶ προσφορά πρὸς ἁμαρτίας. *Vbi remissio peccatorum ac iniquitatum, non est amplius oblatio pro peccato. Hebr. X, 18.*

II. Quorum usus & actiones sunt præstantiores, ipsa quoque sunt præstantiora.

e. g.

e. g. Cœlibatum præstare conjugio, probat Paulus ex  
 istius actionibus præstantioribus ita : ὁ ἀγαμος με-  
 ριμῆ τὰ τῷ κυρίῳ, πῶς ἀρέσει τῷ κυρίῳ. ὁ δὲ γαμήσας, με-  
 ριμῆ τὰ τῷ κόσμῳ, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. i. e. Cœlebs  
 curat ea, quæ sunt Domini tantum, quomodo placeat  
 Domino. Qui vero matrimonium iniit, curat quoq;  
 quæ mundi sunt, quomodo placeat uxori &c. 1. Cor.  
 VII, 32. 33. conf. seqq. Studium pietatis præstat  
 studio pecuniæ, quia istius usus sunt præstantiores,  
 quod ostendit Apostolus 1. Timoth. VI, 6. seqq. "Ἔστι  
 δὲ ποροσμός μέγας ἢ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας. οὐδὲν γὰρ εἰση-  
 νέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, δῆλον ὅτι εἰδὲ ἐξενεγκεῖν ἢ δυνάμεθα.  
 Οἱ δὲ βεβλόμενοι πλετεῖν, ἐπιπίπτουσιν εἰς πειρασμόν καὶ παγί-  
 δα, καὶ ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους καὶ βλαβερὰς, ἅπντες βυ-  
 θίζουσι τὰς ἀνθρώπους εἰς ὕληθρον καὶ ἰσχυρίαν. ῥίζα γὰρ πάν-  
 των τῶν κακῶν ἐστὶν ἡ φιλαργυρία." Est vero *lucrum ma-*  
*gnum pietas cum contorto animo. Nihil enim intu-*  
*limus in mundum. manifestum, quod nihil efferre pos-*  
*simus &c.* Qui vero volunt ditescere, incidunt in  
 tentationem & laqueum, & concupiscentias multas  
 stultas & noxias, quæ dejiciunt homines in perditio-  
 nem & interitum. Radix enim omnium malorum est  
 studium pecuniæ.

Ex classe causæ finalis.

I. Quæ propter plures fines expetuntur, præ-  
 stant iis, quæ propter pauciores.

e. g. Pietas expetenda propter promissiones tam hu-  
 jus quam futuræ vitæ; corporalis vero exercitatio  
 non multum utilitatis habet, E. hac ista præstabit.  
 vid. 1. Tim. IV, 8.

II. Finis

II. Finis est præstantior mediis ad finem.

Tanquam medium aliquod videtur Paulus præscribere, ut simul cum CHRISTO pati debeamus, quo & simul cum eo glorificemur, quod dum facit, statim quam præstantior sit finis mediis ad finem, docet Rom. VIII, 17, 18. *Εἴπερ συμπάρομεν, ἵνα καὶ συνδοξαθῶμεν. Λογίζομαι γὰρ, ὅτι ὅσα ἀξία τὰ παθήματα τῆ νῦν καὶ εἰς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. Siquidem simul patimur, ut simul etiam glorificemur. Arbitror enim, quod non dignæ sint passiones præsentis temporis respectu gloriæ, quæ revelabitur in nos.*

III. Inter duo vel plura, quæ ad finem quomocumque referuntur, illud est præstantius, quod fini proximius est.

Ideo mavult Paulus supervestiri quam exspoliari, ita enim 2. Cor. V, 4. *καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνῳ στενάρομεν βαρῶμενοι, ἐφ' ᾧ ἂν θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπιποθοῦμεν, ἵνα καταποθῆ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς. i. e. Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, gemimus onerati, propterea quod nolumus exui, sed superindui, ut absorbeatur mortalitas a vita. h. e. malle-*  
*, mus, ut absque ulla morte corpus statim immu-*  
*, retur, & glorificetur, quemadmodum Eliæ & E-*  
*, nocho factum, & iis eveniet, qui in novissimo*  
*, die reperientur vivi, in quibus æternæ vitæ im-*  
*, mortalitas, corporum mortalitatem uno quasi*  
*, haustu absque ullo sensu doloris absorbebit. vid.*  
*, Balduin. Comment. ad h. l.*

IV. Unum-

\*57.\*

IV. Unumquodque tunc præstantius est, & eligibilius, cum major est ejus utilitas.

vid. exempla ad præcedentem classem quartam can. 2. cum quibus conjunge Rom. VI, v. 19-22. Rom. XIV, v. 18-20.

Ex classe concomitantium,

Diuturnius & firmitus bonum est præstabilius & eligibilius non diuturno.

Paulo ejusque discipulis juxta hunc locum futura æterna præstabilia sunt & eligibilia quam caduca; Hinc non contemplantur ea, quæ videntur, sed quæ non videntur, non hærent in fece mundi, sed cœlestia curant, in quæ sola sunt intenti 2. Cor. IV, vers. ult. Dicunt gementes: οἶδαμεν, ὅτι εἰ ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία ἔσκηνας καταλυθῆ, οἰκοδομὴν ἐκ Θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς ἔθαινοῖς. Scimus quod si terrenum nostrum domicilium hujus tabernaculi destructum fuerit, edificationem ex DEO habemus, domicilium non manufactum, æternum in cœlis. 2. Cor. V, 1. seqq.

Sufficiat ita discussisse locos dialecticos. Forte huc & reliqua problematum genera (Generis nempe, Proprii, Definitionis,) accersi debuissent; verum cum juxta Hedionem, enumerata problemata non sint talia, nisi expresse additis vocibus, generis, proprii &c. veriti ut ista in Paulo nostro inveniamus, hic subsistimus.

§. VI.

Ordine, quo supra proposuimus, jam breviter  
H expen-

expendenda est Inductio, (a) quam diximus  
progressum à singularibus ad universalia.

(a) Dividit eandem noster Dn. D. SCHMIDIUS  
in analyticam & dialecticam. Part. III. §. III.

(a) Dial. Sacr. MS. & Anal. Sacr. P. III. §. XI.

(c) in qua inductionis divisione provocat ad ma-  
gni *Piccarti* Altdorphini quondam Philoso-

phi disp. de Induct. Docent vero hi laudatissimi  
viri esse analyticam, in qua locum non habent sin-  
gularia proprie dicta, sed species ex quarum indu-  
ctione infertur postea genus. Et præter hanc & il-  
lam aliud inductionis genus se animadvertisse dicit

*Piccartus*, l. c. Th. L. p. m. 260. quo ab una  
singulari specie recte tamen infertur universale,  
aut genus verum, non formæ ratione, sed τῆ ἀνάγκῃ  
sive necessitate materiæ. Et ab hoc quoque rigo-  
re paululum recedit Dn. D. SCHMIDIUS, & c. l.

analyticam inductionem dicit, quando in quibus-  
dam, seu ea sint species, seu singularia proprie di-  
cta, nexus datur inter subjectum & prædicatum  
conclusionis necessarius. Et hoc interdum fieri  
posse putat, enumeratione omnium singularium,

ita, ut nullum instantiæ loco apponi possit, inter-  
dum vero unicum sufficere posse, quia nempe  
gradus necessitatis per se gradum de omni præ-  
supponit. Ut rem exemplo Paulino declaremus

ostendemus istud *Rom. IV.* & *Gal. III.* quibus in lo-  
cis conclusionem universalem exemplo singulari  
Abrahami probat Paulus. *Quemadmodum Abra-  
ham*

\*) 59. (\*)  
bam credidit DEO, & imputatum est ei ad justitiam  
similiter igitur &c. Quam inductionem legiti-  
mam juxta haecenus dicta ideo dicimus, quia fides  
cum justificatione adeo arcte cohæret, ut jam gra-  
dus necessitatis per se præsupponat gradum de o-  
mni.

Dialectica vero inductio, quam manifestam esse o-  
portet, vel ab omnibus vel à pluribus singularibus  
ad universale progreditur. Cujus elegantissimum  
exemplum Paulus suppeditat *Hebr. XI.* ubi ad in-  
ferendam universalem propositionem: *Impossibile  
est sine fide DEO placere*, tali utitur inductione: or-  
ditur nempe ab Abele, & enumerat singularia sat  
multa ut *Enoch, Noa, Abraham, Sara, Isaac, Jacob,  
Joseph, Mose, Rahab, Gedeon, Barac, Sampson, Jephthæ,  
David, Samuel, Prophetas*, quibus omnibus fides  
profuit, hisce enumeratis, finem tandem impo-  
nit inductioni his verbis: *Et quid præterea lo-  
quar? deficiet enim me tempus commemoran-  
tem, &c.* Quasi dicere voluisset; parili modo se-  
res habet in reliquis omnibus, nec ulla potest dari  
instantia: vel ut loquitur v. 39. *Omnes hi testi-  
monium consecuti sunt per fidem. E. &c.*

#### §. VII.

Placet tandem totam opellam illo argumentan-  
di genere claudere, quod deductio ad im-  
possibile audit, seu probatio per incommo-  
dum, & fit, quando contradictoria thesicos

H 2

alterius,

\* 60. \*

alterius, alterius præmissæ loco posita fuerit & assumpta propositio alia manifesto vera, ex quibus inferimus aliquid aperte falsum & impossibile. (a)

(a) Et hac quoque argumentatione utitur D. Paulus *1. Cor. XV.* postquam enim contra Schismaticos Corinthiacos c. l. argumentis & testimoniis ostendisset resurrectionem, catenam tandem impossibilium absurdorum necit, quæ aut admittenda sunt, si doctrina resurrectionis mortuorum sit deserenda; aut si deserenda illa, hæc erit admittenda, sequentem enim in modum procedit.

**I. Si autem resurrectio mortuorum non est, neque CHRISTUS resurrexit, v. 13.**

Quod juxta Logicæ præcepta posset in hanc formam redigi: Nemo ex iis, qui vere mortui sunt, resurrexit, aut resurget. Atqui CHRISTUS est ex iis, qui vere mortui sunt. E. CHRISTUS non resurrexit. Ut ut autem jam in prioribus resurrectionem CHRISTI satis adstruxerat, pergit tamen nunc eandem demonstrationibus ad impossibile aliquamultis ulterius evincere, ita enim ait:

**II. Si autem CHRISTUS non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra v. 14.**

Quasi



\* 61. (

Quasi dicere voluisset: Quæcunque prædicatio & fides fertur in objectum vanum, ea ipsa est vana & inanis. Atqui prædicatio nostra & fides vestra, quæ hætenus ferebatur in CHRISTUM, qui a mortuis resurrexerit, ferebatur in objectum vanum, eo quod nunc asseritis, falsum esse CHRISTUM resurrexisse; E. prædicatio nostra & fides vestra quæ hætenus ferebatur in CHRISTUM, qui a mortuis resurrexerit, est vana & inanis. Ne autem istud minus absurdum existiment Corinthii, Apostolos sive malo errore abreptos sive destinato consilio id operam dedisse, ut vanis prædicationibus illuderent Ecclesiæ Corinthiorum, provocat ulterius ad Θεόπνευσίαν, cum qua errorem quendam aut malitiam consistere posse maxime absurdum est, ita autem pergit:

III. Invenimur autem & falsi testes DEI, quoniam testimonium falsum diximus adversus DEUM, quod suscitaverit CHRISTUM, quem non suscitavit, si mortui non resurgunt. v. 15.

Quibus verbis in hunc modum arguit: Prædicatio de resurrectione CHRISTI est falsa & adversus DEUM. Nostra prædicatio Θεόπνευστος (expresse enim nominat sese testem DEI) est de resurrectione CHRISTI. E. nostra prædicatio Θεόπνευστος est falsa & adversus DEUM. Quid poterat dici absur-

H 3

dus?

dius? DEUM mentiri, Apostolos Divino Spiritu actos fallere & adversus DEUM docere impossibile est. Post hæc regreditur ad evincendam resurrectionem CHRISTI, repetitoque e superioribus argumento annectit aliud.

IV. Ergo & qui in CHRISTO obdormierunt, perierunt v. 18.

i.e. Quicumque fidem suam collocarunt in mortuum, cujus nulla amplius est virtus & operatio, iudum in hac fide obierunt, perierunt. Qui in CHRISTUM crediderunt, collocarunt ex vestra hypothese fidem suam in mortuum, cujus nulla est virtus & operatio, E. qui in CHRISTUM crediderunt, dum in hac fide obierunt, perierunt. DEUS meliora! Denique ultimum ἀποστολικόν proponit his verbis:

V. Si in hac vita tantum in CHRISTO sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. v. 19.

i.e. Felicitas Piorum in hoc seculo est respectu felicitatis impiorum mera miseria. Atqui juxta vos O. piorum retributio consistit in felicitate hujus seculi. E. O. piorum retributio est respectu felicitatis impiorum mera miseria, quod justitiæ divinæ maxime repugnat. Addamus ex alio loco Paulino unicam deductionem ad impossibile, dum  
Rom.

Rom. XI, 6. disputat contra eos, qui cum gratia DEI, merita humana in negotio justificationis jungenda esse statuebant. Contrarium autem evincit Paulus inquit: *Εἰ δὲ χάρις, ὥς ἐπὶ ἐξ ἔργων ἐπεὶ ἢ χάρις ὥς ἐπὶ γίνεται χάρις. εἰ δὲ ἐξ ἔργων, ὥς ἐπὶ ἐστὶ χάρις, ἐπεὶ τὸ ἔργον ὥς ἐπὶ ἐστὶν ἔργον.* *Si ex gratia, non ex operibus, alioquin enim gratia non foret gratia; si ex operibus, non amplius est gratia, alioquin enim opera non essent opera.* Hoc vult: Quicquid respectum habet ad meritum, non est gratia. Gratia justificantis respectum habet ad meritum E. Gratia justificantis non est gratia. Et vice versa. Quicquid respectum habet ad gratiam, non est meritum. Merita justificationis respectum habent ad gratiam, E. merita justificationis non sunt merita. Possent hic & alia ad dialectica pariter ac analytica facientia media proferri, sed persecuturum hæc prolixius ratio avocat instituti, quæ fuit Paulum *διαλεγόμενον* brevissime proposuisse, atque hac vice Dialecticæ Paulinæ non nisi sciagraphiam dedisse. Tantum igitur est, quod meditati sumus DEI gratia adjuti circa

ΠΑΥΛΟΝ ΔΙΑΛΕΓΟΜΕΝΟΝ

I. *Timoth. I, 17.*

Τῷ βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ,  
μόνῳ σοφῷ Θεῷ Ἰμὴ καὶ δόξα εἰς τὰς  
αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

☩ (O) ☩

163.  
Rom. XV. & dicitur contra eos. Qui cum gratia  
DEI, meritis humanis in negotio justificationis san-  
guedinis esse nesciebant. Contrarium autem evin-  
gitur in illis. Quia si in se habuerint  
quod est in se habere. Si ex gratia, non  
ex operibus, aliquid tamen gratia non foret gratia;  
si ex operibus, non amplius est gratia. aliquid e-  
nim opera non est gratia. Hoc vult: Quic-  
quid respicit ad meritum, non est gratia.  
Gratia illi habetur. Respondeo habet ad meritum. E-  
tiam justificationis non est gratia. Et vice versa.  
Quicquid respicit ad meritum, non est me-  
ritum. Merita justificationis respicit ad meritum  
gratiam. Et gratia justificationis non habet ad  
Posterioribus ad alia ad debiles pariter ac volentes  
factus in se habet. Sed posterioribus ad  
prohibens ratio evocat rationem, quae sine ratione  
debetur. Posterioribus ad debiles, etiam hac vice  
Debetur posterioribus non est christi gratiam debile.  
Iamque ratio est quod meretur. Iamque Delicta  
et ad hoc est.

ΠΑΥΛΟΝ ΔΙΑΛΕΤΟΜΕΝΟΝ

1. Timotheo. 17.

Τὸ θεοῦ τὸν ἀδελφὸν αἰσχροῦ, ἀποστό-  
λου κοινῶ. ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν οἱ τὸ  
ἐπισημῶν τῶν ἀδελφῶν. Ἄλλοι.  
et (c) 20



Da. 952. 0

Da 952


ULB Halle 3  
003 751 120




f  
SB

1077  
w.c.







B.I.G.

Farbkarte #13

25.  
24

J.  
**LVVS**  
**OMENOC**  
 repræsentatus  
 nis Auxilio  
*atis Philosophica*  
 nia JULIA  
 adultu  
 IDE  
**E HEINECCIO**  
 genfi  
 ENTE  
**WEDDERKAMP**  
 burgenfi  
 O. R. M DC IIC.  
 orum Auditorio  
*amini submittetur.*  
 ) 90  
**STADI,**  
**HAMMII, Acad. Typogr.**

y.

